WiMBP
Opole
1775 st.

QVINQVE

SOLENNES LECTIONES DOLANAE CLARISSIMI & SOLERTISSIMI I.V.D. CAROLI MOLINAE I. antiqui in supremo Parisiorum Senatu aduocati, Franciæ & Germaniæ Iurisconsulti in alma vniuersitate Dolana in frequentissimo omnium ordinum cœtu habitæ, in quibus plurimę leges hactenùs obtenebratæ (Desumptę è Centurijs nouorũ intellectuum prętati MOLINAEI) suæ luci tam in theoria quàm in praxi restituuntur.

Potißimarum legum Cathalogum, pagina sequens indicat.

Opus nunc primùm natum, & Ciuilis prudentiæ vtiliſsimum.



Lugduni
Apud Antonium Vincentium.
1557.

Cum Priuilegio Regis.

K-603/73

L. *Modestinus. ff. de solutio. l. j. C. de contra. Iudici. tutel.*

L. *in l. Falcidia hoc esse obseruãdum ff. ad leg. Falc. l. si Titio aut Seio. de leg. ij.*

L. *Lucius Titius ff de Vulga. & pupil. substit.*

L. *Ex parte ff famil. erciscund.*

L. *Qui pro donato ff pro donat.*

ILLVSTRI ET MAGNIFICO VIRO A DOMINO CLAVDIO MONTFORtio Montisfortis Baroni, amplissimi senatus Dolani Equiti primario dignissimo & æquissimo CAROLVS MOLINAEVS I. V. D. antiquus in supremo Parisiensi senatu aduocatus, Gal liæ & Germanię Iurecon.

S. D.

VIRTVTVM tuarũ splendor ac famæ celebris, vir amplißime & magnifice, me in tui amorem primùm induxerunt: Deinde præcellẽtis indolis & magnæ spei filiorũ tuorum cõsuetudo, qui cũ sæpè familiariter vixi Tubinge dũ in ea cælebri academia primariũ iurium professorem agerem ante biennium & ante annum Argẽtinæ: sed vt præsentia tua famam superauit, ita amorem auxit & confirmauit magnis honoribus & pecunijs ab vniuersitate doctoribus & decurionibus Dolanæ vrbis ad professionẽ legũ publicã inuitatũ tua præstãtia imprimis his solẽnibus lectionib. comitata est & interfuit in magna senatorũ & omnium totius vrbis ordinum corona palam ostendens, quàm honestis studijs faueat: merito tuæ excellentiæ dicantur, & splendore nominis tui illustrãtur hæ quatuor lectiones Dolanæ anno 1555. mense Nouembri habitæ & paulòpost Epiphaniam qua frequentißimus scholarium & multorum doctorum cœtus obuiã mihi magno studio & affectu processerat, primùm quidem interpretationem legis Modestinus. & connexarũ legum aperueram mense Septembri in schola Argentinensi à Doctoribus & scholaribus, vt aliquid legerem rogatus præsentibus etiam præfatis genero-

sissimis filijs tuis præsertim Claudio Montfortio primogenito tuo magnis naturæ & optimæ institutionis dotibus prædito: sed multò plenius exposui Dolæ specimẽ ostendens peculiaris meæ ἀναλύσεως, *& quæ sit mea inuẽtio & iudicium in iure ciuili repurgando & luci restituendo: cuius omnes opes in vestra academia effundere cupiebam nulla lucri cupidine ambitione, aut factione ductus: sed solo affectu & spe de vniuersa republica & vobis & rectistudij benè merendi. Hoc itaque sit perpetuum meæ erga te totámque familiam tuam obseruantiæ & amoris* μνημοσυνον *vir tutúmque tuarũ præsertim legalis illius iustitiæ, qua præcipuè veritatis & æquitatis amãtissimus es & constantissimus custos & propugnator. fæliciter vale senator & eques nobilissime & æquissime, nósque & honesta studia nostra, vt facis, amare perge. Deus opt. Maxi. te tu ãque illustrem & generosissimam familiam seruet, aigeat, prosperet in æuum. Vesuntij Calendis Ianuarij anno salutis sesquimillesimo quinquagesimo sexto.*

Πρὸς τὸν Φραγκίαν περὶ Καρόλου τοῦ Μολιναίου τῶν νομικῶν τῶν νεῶν ῥαδίως ἡγεμόνος Ιω. ὁ Ματθαῖος Πολιγνῖνος νομικός.

Πάνυ σοὶς ἄμμοις νομικοῖσιν ἐν ἀνδράσι χαίρω,
Φραγκία, ὥνγε πολὺς νῦν τεῖν ὀχλὸς ἔφυ.
Ἦ τερεὴ μᾶλλον δοξὴ χρονίσῃ τιν ἤδη
Ἔσεσθαι, εἰ πρώτων τὸν Μολινᾶον ἔχῃς.
Πάσῳ γὰρ λῷόνγε νόμους παίδευσιν ἔχουσι
Πόλλ' ἀναλυτικὰ σοῖς ἐνδιελεχῶς ἃ γράφει,
Πούσῳ ταῦτα δικαιοτέρως: πρώτιστον ἐπῴδὴ
Οὕνως τ' πρώτῳ, Φραγκία, θῆσο τόπῳ.
Ἢν δὲ τ' ἀληθὲς ἐν ἀμφιβόλῳ, τάραχόνγε φθονήσεις,
Τοῦδε κρίσιν γενεῆς ὑστερότιζα ποιῶ.

Ad Franciam de Carolo Molinæo Iureconsultorum huius ætatis facilè principe è Greco Io. Matthæi Iurecósult. Io. Faulcherus Dolanus.

Cessa alijs legum nunc te iactare peritis,
Francia, tam multos quos tua regna ferunt.
Vnus si tibi sit Molinæus, præmia laudis
Præ reliquis longè solidioris habes.
Nam quanto melius quæ scripta analytica profert,
Tam multa assiduè iura docere sciunt,
Vt Equius hæc quanto? quantóq; hæc certius? hunc hunc
(Primus vt est) primo, Francia, pone loco.
Si dubitas viuorum oculos, si liuor obumbrat,
Iudicium melius posteritatis erit.

Literę testimoniales magnifici Rectoris collegij Doctorum, & almę Vniuersitatis Dolanę.

NOS Thomas Palnat in præclara artiũ facultate magistrali laurea insignitus almæ uniuersitatis Dolanæ Rector, uenerandúmq; collegiũ eiusdẽ uniuersitatis uniuersis & singulis præsentes literas inspecturis & audituris salutẽ in domino. Bonis omnibus uiris amica cum sit doctrina, non minus eruditio, sed amica magis habeatur ueritas, cũ sancta sit & penitus diuina, imò uerò Deus ipse ueritas sit, Deiq; sumus filij ueritatẽ super omnia amemus colamus & ueneremur oportet. Quod ut profiteamur oportet, ab ea ne ungue quidem transuerso duximus abscedendum, uerum ei perpetuò adhærendum decreuimus. Cùm itaq; ad nos ab Academia & urbe uocatus adcesserit Carolus Molinæus iuris utriusq; peritissimus & exercitatissimus professor, & doctissimè quatuor uel circiter menses frequentissimo non modo scholasticorũ, sed etiam ciuium doctorum & nonnũquam senatorũ auditoris ius ciuile sit interpretatus, quonanq; pacto eo utẽdum esset, sed & interim christianissimè necnon ut sanctissimæ præcipiunt catholicæ ecclesiæ constitutiones uixerit, nec quidquam egerit quod cuiquam displicere debeat uel possit: quippè qui neminem unquam offenderit, neq; quidem in offensionis uenerit suspitionem. Testamur enim ipsum Molinæum Dolana ab academia nõ alia ratione præsidij fuisse dimissum iussu præfecti suo uel timentis honori uel dedecori, si quid non ab eo quod credimus, cùm aliud tractet nihil, nec curet quidem quam bonarum literarum studium, nec uersetur, nisi cum doctis & uerè Burgundis sinistri urbi sibi commissi contigeret, uel quod ei forsan à principe fuisset imperatum. Quod certè nõ modò ciuium, sed etiam scholasticorum omnium & academiæ professorum magno factum est dolore, ne dicamus incommodo, sed magnatum & principum maturo nobis & occultè parẽdum fuit mandato. Quæ omnia ut fateamur sigillo paruo nostræ Academiæ adiecto testamur. Datum Dolæ. 16 decembris Calen. anno Iesu millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

Ex mandato magnifici domini Domini Rectoris & venerandi collegij.

Signatum C. Dugoys generalis & bidellus Primus uniuersitatis Dolanæ.

ELEGIACVM CARMEN STEPHANI STRATII, QVO IMMATVRVM ET tristem discessum D. Caroli Molinæi quantum pro tẽporis angustia licuit verè atq; ex animo deplorat eis etiam inuitis, qui falsò & impudenter iactant in vulgus Stratium esse authorem deiectionis.

Ergo ne discedet qui nil molitur ineptè
Ingenij fretus dexteritate sui?
Et procul ignotas ibit uelut exul in oras:
Maxima siue fori gloria, siue scholæ.
Primus inaccessi nodosa cacumina iuris
Præpetibus pennis ausus adire fuit.
Cæderet ut legum diu inextricabilis error,
Quas per se planas omnibus esse decet.
Nec metuit fluctus, tempestatésque forenses,
Esset ut ars usu clarior aucta suo.
Ars etenim minimum si deficit actio, prodest:
Et socia uires usus ab arte capit.
Magnum opus, & multa digni mercede labores:
Carole sors studijs, si foret æqua tuis.
Finibus expulsum patrijs, Germania nuper
Cœperat in proprio blanda fouere sinu.
Et poterat fœlix, Germania tota uideri,
Hospite si Gallo diutiùs usa foret.
At grauiter uiolata dolet (prò Iupiter) ipse
Carolus hospitij iura fidémque dati.
Quem si non uarijs iactatum Dola procellis

Hoſpitis aduentu Dola ſuperba noui.
Iußiſſes duris opponere pectora rebus.
Ac meliore virum conditione Ioui.
Omnibus errasſet iuriſprudentia terris,
Et ſedes vllas non habuiſſet inops.
Sed tibi Dola parum pia mens & grata voluntas
Profuit, officijs inuidioſa tuis.
Nam tuus ecce nouis agitatur fluctibus hoſpes:
Atq; alias ſedes querere iuſſus abit.
Flete ſenex, plorate viri, Dolanaq; pubes,
Lugeat amiſſo non habitura parem.
Tu verò MOLINAE *graues tot volùere caſus*
Quandoquidem te iam numina læna ſinunt.
Perfer & infractis obdura viribus vſq;,
Dum veniat pulſa nube ſerena dies.
Deniq; præteritos ſine fine & honore labores:
Sera licet tamen & gratia larga manet.
Poſteritas etenim cum fœnore cuncta rependet,
Inuidia cineres non comitante tuos.

D. Stratij primarij ordinarij iuſſu per tẽ pla & compita Dolæ affixum dominica 15. Decemb. 1556.

PRIMA LECTIO
DOLANA SOLERTISSIMI
I. V. D. DOM. CAROLI MOLINAE I. Franciæ & Germaniæ Iureconſulti, habita in ampliſsimo Magnifici rectoris, ſupremæ curię Senatorũ, totiúſque Academiæ & vrbis ordinum cœtu,

In qua.

NOVVS ſyncerus & analyticus intellectus l. Modeſtinus. ff. de ſolutio. & l. j. de contrar. iudic. tut. Haloandri communis textus emendatione expuncta, huic Scholæ & vniuerſæ reipublicæ donatus eſt.

EPITOMÆ.

1. *Antiquitas & virtus Burgundionum.*
2. *Leges non in ſcholis ſed in palatijs & conſilijs publicis natæ.*
3. *Quinquæ huius extricationis partes.*
4. *Communis omnium intellectus in l. Modeſtinus.*
5. *Iniquitas & error detegitur. 31.*
   Tutor contra cõtutorem directam habet negotiorum geſtorum ex capite ſuo. 7. 39.
6. *Intellectus l. j. §. nunc tractemus. de tutel. & ratiore diſtrah. 7.*
8. *Soluens videtur tantùm ſuo nomine ſoluere. 16.*
10. *Etiam in correis propria ſingulorum eſt obligatio.*
11. *Solutio Baldi refellitur, & Bart. communis. 12. 14. 17.*
13. *Qui ſint pariter vel diſpariter obligati.*

18 *Ius cedendum parit condictionem indebiti, & sic impedit liberationem.*

19 *Verus intellectus l. Modestinus. non in contutore, sed in extraneo pro eo soluente. 20. 24. 27. 29.*

21 *L. nulla. C. de solutio. per hanc l. limitatur. 22.*

23 *Habens ius cedendarum simpliciter soluens, censetur soluere sub reseruatione cessionis. 28.*

25 *Vni debitorum cessio fit pro partibus aliorum tantùm.*

26 *Gregor. Haloander malè communem textus literam corrigit.*

30 *Creditor volens obligatione eximere non tenetur cedere. 42.*

33 *Nouus & verus intellectus l. j. de contrar. iud. tut. 34. 36. 38.*

35 *Creditor non tenetur cedere actiones postea à se quæsitas, nisi ei qui earum cõtemplatione fide iussit, 37. 43.*

38 *Quo officio quis cogitur soluere, eodem cogit eũ pro quo soluit.*

39 *Quando transit actio sine cessione.*

40 *Quando ex traditione instrumentorum præsumitur cessio. 41.*

Magnifice

LECTIO I.

MAGNIFICE & doctissime huius inclytę Academiæ Dolanę Rector Nicolae Faucheri, supremi Senatus Dolani grauissimi & æquissimi Senatores, Generosissime verò Claudi Montfortię, amplissimi Senatus eques primarie, prudentissimi & fidelissimi Decuriones, disciplinarum omnium doctores & professores eruditissimi, cęteriq; studiosissimi Auditores, pręsertim Legum
1 sciẽtię cupidi. † Vix dicere queam quantum vester honos, vestra in me magnifica gratitudo, quibusme pręueniſtis, animum meum politici ordinis & bonorum studiorum amatissimum in vestri amorem & studium bene devobis merendi accenderit. Sed nũc dum vos inspicio, & dignitas, & splendor tam ornatissimi & venerandi cœtus in mentem reuocat, & velut in rem pręsentem ob oculos ponit, splendorẽ illum regni & gentis Burgundicę, vtq; temporaria externa omittã, Burgundi vel in hoc pręstant Francis & Gallis, quinetiam Germanis, quod primi, non priuato motu, nec vnius Principis exemplo vel iussu: sed cõmuni cõsilio, & totius gentis decreto antecessores vestri fidẽ & doctrinã Christianã reiecto idolorũ & falsorũ Deorũ cultu amplexi sunt, vt ecclesiastica antiqua historia, quã tripartitam vocant, etiã à Gręcis scripta li. 12. c. 4. testatur: idq; 63. annis ante Francos. Franci certè Burgundos nõ solùm vt maiores & priores in fide reuereri debent: sed etiam quod vnius Burgundicę & regiæ fœminæ Clotildis

doctrina & ſuaſu,tandem per Dei gratiam publicè fidem ſuſceperunt,&profeſsi ſunt.Adeo illa patien ter & conſtanter perſeuerauit,vt maritũ ſuum Clo doueum huius nominis primum Frãcorum regem ab idolis & Ethniciſmo auerterit, & ad fidem Chriſti tandem & Baptiſmum adduxerit.Et vtinam,vos etiã vereri,vobíſq; gratias olim agere debeãt,quod ex hac Academia & vrbe Dolana,legalis ſapientię theſauros,quin cõſuetudinum quoq; ſuorum interpretationes hoc tempore accipiant,prout ea omnia propediem hîc vobis,& per vos ad honorem & cõmodum totius Reip.Chriſtianę effundere cupio:facit Deus Opt.Maxim.quem vnum per Chriſtũ dominum noſtrum inuocamus,patrem luminũ,à quo omne donum perfectum.Iacobi.j.†Porrò quòd nouã eáq; ſoliida & explorata,non è ſolo vmbratili ſtudio profiteor,Baldus ipſe Peruſinus ante annos 250. cauſam expreſsit in l.Æmilius.de minorib.dicens, leges in ſcholis deglutiuntur,ſed in palatijs digerũtur.Non enim è ſcholis,ſed è palatijs in ipſis publicis conſilijs rebúſq; gerendis ortę ſunt:nec meliùs, nec dexteriùs,quàm ex eiſdem originis ſuę cauſis interpretari queunt,in quibus vltra tres & triginta annos aſsiduè verſatus& exercitatus ſum,cuius rei ſpecimen & experimentum in pręfatione & corpore tract.vſurarum & commerciorum,& labyrinthi de eo quod intereſt, &aliâs plures ædidi, & nũc in preſentiarum lucu lenter ædam.

2

Incipiendo

3 1 2 INCIPIENDO à lege Modeſtinus.† Primò cõmunem imò perpetuum omnium & gloſſarum &doctorum intellectum hactenùs incõcuſſum exponam.Secundò contraria explicando illum vt erroneum, iniquum & ab
3 omnibus iuribus diſſonum confutabo. Tertiò nouum verum & ſolidum intellectum dabo, literæ mentíque legis, æquitati & omnibus iuribus conſonum,praxi & vſui hominum accommodatiſsimum.Quartò hunc noſtrum intellectum vehemẽ-
4 ter impugnabo omnem mouẽdo lapidem,ne quid noui ſine euidenti & vndequaq; propugnata æquitate & vtilitate conſtituere videar,& ne quis forſan exẽplo meo abuſus ab eo iure quodvel quatenus diu æquum viſum eſt,temerè recedere audeat contra l.
5 in rebus.de conſtitu.princip.Quintò & vltimò obiectis omnibus diſſolutis,reiectã quę multis ſęculis latuit,veritatem perſpicuam & ſolidè defenſam,velut in ſedem ſuam tam in ſchola quàm in foro Deo
4 dante reſtituam.† Ad primum ſumma huius l.Modeſtinus.ſecundum Bartolum Angelum Ioa.Imol. hîc talis eſt.Ceſsio facta poſt ſolutionem contra pariter obligatos nulla eſt,niſi pactum cedendi pręceſſerit:ſed benevalet contra diſpariter obligatos.hoc dicit,& omnesvbique ſequuntur.Species facti ſecũdum omnes talis eſt.Duo tutores communiter adminiſtrauerunt.poſteà alter totius tutelę reliqua in ſolidum ſoluit:deinde vt partem repeteret à collega contra quem(qui fortè à tempore ſuſceptę tutelę bona alienauerat vel hypothecauerat),indige-

bat vſu prioritate & priuilegio tutelarium actionum,rogauit& obtinuit à quondam pupillo ſibi cedi.Quęritur an valeat ceſsio,& illis actionibus vti poſsit?Videbatur quòd ſic:quia ſolus perſoluit antiquum debitum,quare æquum eſt & iuſtum eum in ius illud antiquum ſubrogari,ne in damno iniquo verſetur.Contrarium decidunt per hunc textum. Ratio decidendi eſt,quia ſolutione eius quod debetur,tollitur omnis obligatio.Inſt.quibus mod.toll. obl.à quocunque ſolutum ſit,ſiue ab vno ex correis ,inſolidùm obligatis ,vt hîc , & l. iij. in fin.de duobus re.ſiue à mere extraneo.l. ſoluere.de ſolut. l.ſoluendo.dle negot.geſt.Cùm igitur nulla obligatio,nulla acttio ſuperfuerit,nihil ea ceſsione actum eſt. Secus ſubdit textus,ſi ante ſolutionem ceſsio facta eſt,& ſic re integra,vel ſaltem tempore ſolutionis pepigiſſet,vt ſibi mandarẽtur actiones.quo vltimo caſu ratio erat dubitandi : quia videbatur pactũ nudum,aut ſaltem in tempus inhabile collatum.Ratio decidendi eſt:quia pactum illud implicat venditionem : habet enim rem , precium certum,& conſenſum mutuum,& ſic omnia ſubſtantialia.Inſt.de emptio.& vendit.in princip.l.j.de cõtrahend.emptio.Et ſic ſolutionem ſub hoc pacto perfectam eſſe non nocet,ſed magis prodeſt , ſicut pretium empti nominis iam ſolutum & ſequutum eſſe.Ideo ceſsio ſeu traditio nominis ceſsi quandocunque etiam ex interuallo fieri poteſt.Et hoc clariſsimum:nulla enim difficultas eſt à ſecundo reſponſo huius legis ibi,*Quod ſi ante &c.* † Sed in pri 5
mo & principali tantùm reſponſo in quo (& hîc inci-

cipio ſecundam partem noſtrę extricationis)primùm occurrit durities imò iniquitas,quòd his qui bona fide totum ſoluit per leges ad id coactus,non habeat à legibus vllum remedium ad ſuum , videlicet pro parte collegę vel collegarum (vt plures eſſe poſſunt) conſequendum. Porrò non dubitatur quin habeat actionem negotiorum geſtorũ etiam directam nomine ſuo ex ſuo geſtu communi,quãuis totum ex neceſsitate ſoluerit:vt eſt textus in l.iij. §.penulti. & l.ex facto.de negotijs geſt. quicquid Petrus Pertic.Alexander & alij dicant in l.tertia C. de negotijs geſt.vt dixi in tractatu diuidui & indiuidui numero 77.Sed de hoc hîc non quęritur,ſed quia hęc actio tantùm perſonalis eſt , l. penultima C.de negotijs geſt.abſque vllo priuilegio perſonali & iure reali,inanis eſt,ſi debitor non eſt ſoluendo.l.nam inanis.de dol.mal.Actio verò tutelę antiqua habens priuilegia & hypothecam etiam anteriorem efficax eſſet:& de hac hîc quęritur,& denegatur:ad quam duritiem reſpondebunt ,Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſſe.l.pupillus.in fine quę in fraudem credito. & ſoluenti imputandum quòd non vigilauerit, vt tempore congruo ſibi deceſsio
6 ne caueret.† Secundò obſtat l.j §.nunc tractemus. *l.j §. nunc tractemus de tut.& rat.diſtr.& l.ſecunda in fine.C. de contr. iud.tut.vbi vni tutorum inſolidùm exactio competit ipſo iure vtilis actio tutelę contra collegas,etiam ſi nihil actum ſit de ceſsione : ergo non eſt verum nullam ſupereſſe actionem,quod eſt directò contra dictam l.Modeſtinus.imò ſupereſſe & à lege ipſo iure competere vtilem plus eſt , quàm directam* *de tutel.et ration. diſtrah.*

mandari,vel cedi posse:vtilis enim eiusdem est po testatis eundémque habet effectum vt directa.l. actio.de negot. gest.verum est quod Accursius vbique intelligit de vtili negotiorũ gest.& non tutelę, glossa magna in l.ex facto.de negotijs gest.& in dicto.§.nunc tractemus.& in glossa vltima in l.ad litem.C.de in lit.dand . tuto.& in dicta l.secunda C. de contr.iud.tut.Sed ita elabi mittentes valdè errare probo.Primò per textum in dicto.§. nunc tractemus.In vim ἀντιθέτων seu potiùs relatiuorũ: vtilis enim opponitur directę,seu ad illam refertur,& vtri usque in eadem etiam oratione fit expressa mentio.in dicto.§.nunc tractemus. ibi,*Nec ei mandatæ sunt actionees*,scilicet directæ tutelares. Ergo in eadem oratione ibi,*vtilem dandam*,intelligitur devti li tutelę, cuius directa mandata non fuit:quia non est bona relatio,nisi *in eadem specie*, & talis semper intelligitur .l. Iulianus . & ibi Baldus Angelus Imol.de hęredit.inst.Bartolus l.secunda.C.manda. Probo secundò eodem argumen.per textum in dicta l.secunda in fin.C.de contr.iud.tut. Probo tertiò per locum à titulis vel rubricis sub quibus dicta duo iura sita sunt.Ergo intelliguntur de iudicio seu actione tutelę,de qua sola rubricę loquuntur:Et nota.omnes in l.prima Si certum petat.& clarè probaui in tracta.de inoffic.nume.23.† Probo quartò & 7
necessariò:quia tutor contra contutorem non habet vtilem negotiorum gestorum,sed directam,vt nuper dixi,numero 5.&eam habet non beneficio legis,sed à se ex proprio gestu & ex edicto prętoris de quo in l.prima & per totum titulum de negotijs gest.

gest.& sic nouã constitutio Antonini pij Seueri & Caracallę,de qua in dict §.nunc tractemus.quę nouum beneficium dare intendit,non potest intelligi de actione vtili negotiorum gestorum:sed de vtili tutelę. Prętereà illud edictũ de negotijs gestis fuit à prętoribus conditum ante tempora Impp.saltem ante tempus Antonini pij,vt satis patet in l. Nesen nius.ad fin.ibi, *etiam in ipsum pupillum* &c.de negotijs gestis.&clariùs in l.debitor.in l.Proculus.l.nam & seruitus.eod.titu.vbi super interpretatione dicti edicti citantur Iureconsulti, qui nõ solùm ante Piũ fuerunt,vt Iulianus:sed etiam ante Augustum, vt Seruius:vt dixi in tract.de dignit.& magistra . Roma.& sic intelligere dict.constitu.de vtili negotiorum gestorum,non solùm est eam constitutionem reddere superuacuam,sed etiam ridiculam:quiavtilis minoris est dignitatis directa,quæ iam competebat.Tum constitutio dat vtilem in locum & defectum directę tutelaris non mandatæ: ergo intelligit de vtili tutelari.& ita etiam tenuit Azo,vt refert glossa vltima in dicta l.secunda C.de contr.iud.tut.
8 Stat ergo contrarium ineluctabile. † Tertiò obstat §.si mãdato. in l.Stichũ aut Pamphilum . infrà eodem. Quartò obstat l. Si minoris.in fin.de admi. tut. Quintò obstat l.si res obligata:in fi.suprà de legatis j.Sextò obstat l.dominus Sticho.in princip.de pecul.leg.Septimò obstat l.Papinianus . aliâs Pomponius,(vt Accursius legit, in hac l.Modestinus.& in l.cùm alter. C. de fideiussor.) suprà mandat. Ad hæc quinque expressa & vltima contraria quæ voce induxi, gloss.hîc. nunc ariolando respondet, ibi

tempore ſolutionis actum fuit de cedendo: quę ſolutio tanquàm diuinatoria eſt reijcienda .l.vltima C.de contrahen.empt.& vendit.l. ſi putator.ad legem Aquil.capitulo primo extra vt eccleſ.benefi.ſi ne vll.diminu.conf.Aliâs gloſſ.reſpondet,quòd ibi tutor, mandator vel ſimilis ſoluit ſuo nomine pro ſua ipſius obligatione tantùm.quam ſolut.vltimo loco tradit gloſſ.dict.l.Stichum.§.Si mandato. & in dicta l.Papinianus.in fin.mand.Sed hęc ſolutio deterior eſt priore:quia eadem ratione idem eſſet hîc dicendum,quòd in hac l.Modeſtinus. tutor ſoluiſſet ſuo nomine pro ſua obligatione tantùm, qua inſolidium tenebatur.l.prima & ſecunda C.de diuid.tut.& non pro obligatione collegę: prout etiam de iure ſoluens videtur ſuo tantùm nomine ſoluere.l.& magis.ſuprà eodē titulo l.prima ſuprà quod quiſque iuris.l.frater à fratre.& ibi Iaſon col. 5.de cond.indeb.l.Si negotia. mand.l.cùm hęreditas.l.quoties tutor.§.idem ſi temporali.de admini. tut.l.ſi filiusfamil.de in rem verſo,& ſic ſemper ſtat implacabilis repugnantia. † Gloſſ.in dicto.§.ſi mā 9
dato.dat aliam tertiam ſolutionem,quòd l.Modeſtinus.loquitur quando vna ſola eſt actio,vt qua omnes tutores conueniuntur:ideo vna ſolutionevnica illa actio penitùs tollitur:ſed in contrarijs erant plures & diuerſæ actiones, & ſic dicta l. Modeſtinus.locum haberet etiam in duobus vel pluribus correis debendi,& in omnibus alijs eadem actione æquè principaliter obligatis,licet non eſſent correi. Et hæc ſolutio omnibus à gloſſ.& doctor.datis prima fronte plauſibilior eſt,eo quòd difficiliùs & abſurdius

ſurdùis videtur poſt ſolutionem ſolidi, nihilominus retineri ſupereſſe,& cedi poſſe vnicam & eandem,quam diuerſam actionem:ſed tamen hęc ſolutio falſa eſt.Primò,quia non eſt nouum vnica ſolutione duas vel plures etiam diuerſas origine,ſpecie,& nomine diſtinctas obligationes & actiones tolli,& funditùs perimi.l.in numerationibus.de ſo
10 lut.† Secundò,quoties ſunt plures perſonaliter ab initio maximè ex eodem contractu obligati inſolidum, quamuis reſpectu materię & vnius rei vel ſummę debitę dicatur vna obligatio & actio.l.tertia in fin.quę ita debet intelligi,de duobus reis.l.vltima C.eodem titulo,l.ſi plures.ff.de pactis.Tamen nihilominus formaliter in cuiuſque perſona propria ſingulorum conſiſtit obligatio.l.eandem.in fine de duobus rei.Sic etiam in duobus reis ſtipulandi,adeò vt vnius obligatio valida eſſe poſsit, alterius verò nulla.l.Si duo rei.de verborum obligatio. Tum aliâs alter reorum promittendi ſuccedens alteri non inciperet duas obligationes ſuſtinere,prout duas ſuſtinet.text.apertus in l.ſi reus.de duobus reis.Nec dicitur altera obligatio alteri obligationi accedere:vt in l.Si duo.de ſolu.Quę quatuor nouiſſimè leges loquuntur in veris correis debendi:ergo multòmagis in tutoribus,qui non ſunt verè correi, & ſic poteſt ſupereſſę & cedi actio contra alterum tutorem,qui non ſoluit, quemadmodum etiam in veris correis debendi poteſt obligatio vnius perimi perſeuerante obligatione alterius cum effectu,cum omnibus ſuis acceſsionibus.textus in l.Vranius.§. ſed cùm duo.de fideiuſſ.& ſic ea ſolutio non poteſt

ſubſiſtere. † Baldus autem in dicta l. Papinianus. 11
in fin. gloſ. quam ſequitur, dat quartam ſolutionem diſtinguens inter æquè principaliter obligatos, inter vel contra quos non fit ceſsio poſt ſolutionem, vt ita loquatur l. Modeſtinus. & inter acceſſoriè obligatos, inter vel contra quos ceſsio valet etiam ex interuallo, vt in contrarijs iuribus. Sed hęc ſolutio falſa eſt, & contra textum apertum in dicta l. Si minoris. in fin. de adminiſtra. tuto. vbi curatores non erant acceſſoriè, ſed æquè principaliter obligati, vt tutores: & tamen eis etiam ex interuallo fit ceſsio contra tutores. Secundò, in dict. §. Si mandato. in ſecũdo exemplo tutoris & debitoris pupilli, qui ſunt ambo principaliter obligati, & tamẽ tutori qui perſoluit, ceduntur ex interuallo actiones contra debitorem pupilli. Tertiò contra textum in l. dominus Sticho. de pecul. legat. Quia geſtor non minùs per ſe principaliter tenebatur, quàm debitor. Prętereà omnes præfatæ ſolutiones laborant iniquitate, de qua ſuprà numero 3. & infrà numero 15. † Quin 12
tam ſolutionem quoad corticem & ſuperficiem legum plauſibiliorem tradi Bartolus in dict. l. Modeſtinus. diſtinguens inter plures pariter obligatos, & tunc procedat l. Modeſtinus. ſiue ſint correi, ſiue non: & inter plures diſpariter obligatos, ſiue alij ſint acceſſorij aliorum, ſiue non: vt in ijs procedant contraria, & poſsit ceſsio peti ex interuallo. Idem cenſet in caſu l. ſi filiusfam. de in rem verſo. & Angelus & Imol. in dicta l. Modeſtinus. & omnes vbique ſequũtur. Idem Philippus Deci. conſil. 446. Sed certè hæc ſolutio nunquam fuit de mente legum, & eſt magis

13 magis verbalis euaſio. † Et vt iuniores intelligant, illi ſunt pariter obligati, qui eadem ſpecie obligationis homogeneę tenẽtur: vt plures tutores, vel plures curatores eiuſdem minoris vel furioſi: plures correi debendi, plures venditores vel emptores vel conductores inſolidum. Singulorũ enim obligatio par eſt & homogenęa, & ſic pariter ad idem tenentur. Diſpariter autem obligati ſunt, qui licet teneantur ad idem: tamen non eadem ſed diuerſa ſpecie obligationis: vt debitor principalis & ſuus fideiuſſor vel mãdator, vel conſtituens. Non ſolùm enim numero ſed ſpecie, prout & origine differt eorum eterogenęa obligatio: imò quandoque toto genere, vt quandoque principalis non verbis ſed re, vel aliâs tenetur, fideiuſſor autẽ verbis: ſic diſpariter ad idẽ tenentur tutor, curator vel geſtor, & tertius debitor qui horum culpa non fuit exactus. Et magis diſpariter debitor qui perſonaliter & poſſeſſor qui hypothecarię tenentur. l. Si res obligata. in fine, ff. de legatis primo. Plures autem fideiuſſores ſimul dati, ſunt pariter, tum inter ſe, tum reſpectu creditoris obligati: ſed reſpectu debitoris diſpariter, vt nuper di-
14 xi. † Atqui hęc communis concordia non ſolùm commentitia eſt, ſed iniquitatem implicans & alijs iuribus repugnans. Primò contra textum in l. cùm is. de fideiuſſor. vbi erant plures fideiuſſores, quorum vnus totum ſoluit, & tamen ſunt ei cedendę actiones, non ſolùm contra reum, ſed etiam contra confideiuſſores, qui ſunt pariter tam inter ſe, quàm reſpectu creditoris obligati: quia dicta l. non diſtinguit: imò non poteſt aliter dici, niſi violando lite-

ram.dict.l.cùm is.vt Bartolus ipse hîc & passim fatetur.Ergo per illum textum falsa est differentia inter pariter vel dispariter obligatos. Secundò contra textum l.cùm possessor.de censib.vbi possessores illi sunt pariter ad tributum vel canonem,non solùm paribus homogenęis obligatiõibus:sed etiam vnica numero,actione& obligatione ad illud prędium limitata obligati.Et tamen si vnus totum soluerit,potest & debet etiam ex interuallo ei cędi actio.Prętereà & tertiò, quantomagis plures correi vel fideiussores pariter& simul se obligauerunt:tantò magis hoc mutui oneris contemplatione fecerunt,& sic minus debent à mutuo recursu excludi: vt not.per Albericum ,Bartol.Angel,& alios in l.si plures.in princip.in l.si stipulatus.§.si ex duobus.de fideiusso.Potiùs ergo fieri debet cessio inter pariter obligatos,qui etiam magis habent symbolum:vnde facilior est trãsitus.Valdè ergo absurda est hęc communis distinctio, † Quartò, quia sequeretur 15
minus subueniendum esse ei,qui se æquè principaliter,quàm ei,qui se tantùm accessoriè obligauit:& quod fideiussor,qui se constituit æquè principalem debitorem:vt in l.si non singuli.C.si certum petatur.Et consequenter,qui plus gratię fecit debitori, & maius periculum subijt,minus haberet recursus contra eũdem quàm nudus fideiussor,quod est iniquum.Quę absurditas & iniquitas adhuc euidentior& palpabilior est in caussa huius l.Modestin⁹.in qua secundum omnium adusque intellectum, vni nudo fideiussori,vnius tutorum fieri posset quandocunque & ex quantocunque interuallo cessio integra

gra & in totum tutelarium omniũ & personalium & realium cum suis priuilegijs actionum,& contra omnes,& tamen non posset fieri tutori ipsi qui pro bè gesit,& totum soluit, nec contra contutorem quidem qui reliquatur & in culpa fuit:nec in totũ, nec pro parte quidem dicti contutoris, nec etiam contra aliquem ex eius fideiussoribus, nec pignorum quidem ratiõe vt eo datorum,qua διαφορὰ quid
16 inęqualius & iniquius. † Quintò, ratio legalis in l.si quid possessor.in principio de petitio.hęreditat. quòd soluens censetur in dubio suo nomine pro sua obligatione,& non pro alterius exoneratione soluere:ita vt nihilominus remaneant obligati æquè habet locum,siue soluens sit vnus de principalibus correis,siue vnus sit de accessorijs,aut dispariter obligatis:vt in l.Papinianus.mãdat.Et errat Angelus Aretinus faciendo circa hęc differentiam inter fideiussorem & mandatorem.Instit.de fideiuss.
17 in principio numero 4.† Sextò,in proprijs terminis huius l.Modestinus.communis solutio facit hãc legem repugnare legi j.§. nunc tractemus.de tut.& rat.distra.Vbi post solutionem abvno tutorum simplicitet factam,supersit etiam ex interuallo primitiua actio,vt suprà numero quarto.Si ergo primitiua vtilis nedum supersit,sed etiam ipso iure competit:ergo vnus tutorum qui totum soluit,& habet ipso iure vtilem tutelę,potest cogere quondam pupillum & inuitum,vt det ipsa instrumenta creationis & obligationis tutelaris: quod idem est ac si ex interuallo cogerentur cedere:& minus friuola est cuasio.Bartolus hîc numero secundo quem omnes

sequuntur dicentis: concedo oppositionem, quòd vtilem habet à lege, nō autem sibi potest cedi à creditore: tum quia ipsi disertè fatenter aliquid superesse contra hanc legem: quę in ipso eodem casu ait nihil supersse: tum cùm supersit actio, qua pupillus vel adultus tenetur omnia instrumenta originalia tanquàm cessionario vel procuratori in rem suam dare: idem est ac si cogeretur ex interuallo cedere: & sic solutio & cōcordia verbalis: ἀντινομία verò & repugnantia realis remanet. † Septimò quia solutio 18
quę repeti potest, non parit liberationem. textus l. cùm is. §. primo & l. si fideiussor. de condictio. indebit. l. alius in fin. de trib. act. l. qui hominem. in fin. l. si quis aaliam. de solut. Sed habens exceptionem cedendarum, & simpliciter soluens per errorem iuris vel facti, *potest solutum* repetere per cōdictionem indebiti, vt retentionem habeat, donec sibi redantur actiones: ergo per huiusmodi solutionem non tollitur, sed supersit actio, quę cedi posset & debeat, quod est directò contra textum huius l. Modestinus. vt omnes aduſque intellexerunt. Ergo inueteratus & pręiudicatus omnium intellectus nullo modo stare potest. Probatur minor per textum in l. sed & si me putem. §. primo de condict. indebit. l. qui exceptionem. §. si pars. eodem titulo. Vbi habens retentionem seruitutis, vel impensarum, vel alterius iuris, si simpliciter soluat, condicit: ergo idem de habente beneficium cedendarum: habet enim retentionem totius debiti, donec actiones sibi cedantur, & ita in indiuiduo, quòd iste simpliciter soluēs condicere posit, tenet gloss. magna in l. cùm is. quam

Bart.

Bartolus & omnes sequuntur, de fideiussor. ad hoc bon. textus in l. hęres cùm debuerat. ad Trebellia-
19 num. † Quid dicendum? Solutio clarissima (& nunc tertiam partem ingredior) nihil addendum nec detrahendum literę textuali huius legis. Malè ergo omnes aduſque de suo capite addiderunt, quòd loquatur in contutore soluente pro collega, de quo nihil in textu. lex autem simpliciter vel generaliter loquens non debet extendi ad casus habētes in iure specialem suam prouisionem contra l. dotes in clausula. de verborum obligationi. l. qui cohęredi. §. qui patrem. de vulgar. & pupill. & contra not. in l. sciendum. qui satisda. cogun. Cùm ergo hęc l. Modestinus. simpliciter loquatur, debebat primò intelligi extra casus habentes in iure specialem dispositionem cessionis debitæ vel faciendę: & sic nihil addo, nihil diuino: sed primò hanc legem secundum alias determino, iuxta mandatum ipsarum legum, quas Azo in summ. titul. de legib. vocat leges legum. in l. secunda. §. contrarium. C. de veter. iur. enucl. & in l. vnica C. de inoffic. dot. Vt ergo iura iuribus concordare promptum est, dico secundo quod hæc lex nihil aliud est, quàm vera concordia cum l. nulla. C. eodem titulo de solut. cui duas pulchras limitationes, saltem vnam necessariam addit concurrente clara & sincera omnium etiam alia-
20 rum legum consonantia & concordia. † Vera ergo necessaria & plana huius legis species est, non in contutore, de quo textus non loquitur: sed in eius amico, consanguineo, vel quouis extraneo soluen-

te pro tutore vel eius hęrede. Iſte enim cùm ſit extraneus, qui cùm nullum cum creditore negotium geſtum eſt, & cui nulla ceſsio debetur, nec ante ſolutionem, nec in ipſa ſolutione, nec poſt ſolutionẽ. l. nulla. C. de ſolut. & latè dixi in tractatu commerciorum & vſurarum quęſt. 46. cum ſequen. ſi ſimpliciter ſoluerit, quamuis eum pro quo ſoluit, liberauerit: tamen actionem veterem, qua debitor creditori tenebatur, non acquiſiuit, ſed penitùs extinxit, adeò vt non ſit in poteſtate creditoris poſteà illam (quę amplius non ſupereſt) cędere: & ſi cedat, nihil agit: quoniam illa iam euanuit, vt inquit. text. in di. l. nulla.† quę per hanc l. limitatur dupliciter. 21
Primò in ſecundo reſpon. huius l. ibi, *quod ſi ante*. Si ante ſolutionem vel in ea vel incontinenti ceſsio facta eſt. Secundò in ſecundo reſponſo, ibi, *ſed cum*, ſi eodem tempore de ceſsione facienda conuentum ſit: tunc enim iſte extraneus non tam cenſetur ſimpiciter debitum alienum ſoluere voluiſſe, quàm illud emere voluiſſe, & volente creditore emiſſe: vt inquit hęc l. in fin. cuius principium nihil aliud eſt, quàm exemplum vnum ſpecificum deciſionis dict. l. nulla. quę loquitur in extraneo ſoluente, & in alieno creditore. Secundum autem & tertium huius l. reſponſum nihil aliud ſunt, quàm limitationes deciſionis generalis dict. l. nulla. Et ſic l. Modeſtinus. clariſsima eſt, facilima & æquiſsima, nihil addendo nec detrahendo textui, vt omnes aduſque fecerunt iura non exponendo, ſed conturbãdo, & quamplurimas leges contrárias, imò abſurdas faciendo. Sed ſecun-

ſecundum nouum noſtrum & ſyncerum intellectum hęc lex habet omnem ęquitatem, & omnem naturalem & ciuilem iuſtitiam, & expeditam cum reliquis iuribus omnibus conſonantiam. Itaque ne ceſſariò ſtandum declarationi noſtrę, etiam alio nõ
22 adducto,† quam tamen multifariam corroboro & probo. Primò per collationem dict. l. nulla. iuxta mandatum Imperatoris in l. ſecunda. § contrarium. C. de veter. iur. enucleando, & iuxta l. vnicam C. de inoffic. dotib. Sed dict. l. nulla. quę (hîc propriè gloſſatur, ſeu latiùs tractatur) diſertè loquitur in ſoluente alieno creditori: & ſic in merè extraneo ſoluente: ergo iura iuribus conferendo & adaptando, vt leges ipſę prędipiunt, & ita ſeſe debere intelligi volunt, & prędatur in dicta l. ſecũda & dicta l. vnica, hęc l. Modeſtinus. ita pariter debet intelligi. Prętereà ſequentibus argumentis per ipſummet eiuſdem legis textum. Probatur ſecundo in illa vniuerſali negatiua, *ſine vllo pacto*: ergo tacito vel expreſſo: quę falſa in vno, eſſet falſa in totum. l. ſi is qui decenta. §. vtrum. de rebus dub. prędertim quum etiam ſimplex negatio potiùs neget, quàm affirmatio affirmet. l. hoc genus. & ibi gloſſ. Bartolus Paulus de conditionibus & demonſtrat. Philippus Deci. l. prima numero 13. vbi in annot. dixi. C. de pactis.† Sed
23 quoties qui ſoluit, eſt obligatus ſiue ęquè principaliter, ſiue acceſſoriè, ſiue diſpariter, ſiue impariter: tamen eo ipſo quod habet ius petendi ceſsionem actionum primitiuarum, vel de hoc excipiendi, ſoluendo ſimpliciter, cenſetur tacitè paciſci de omni

alio iure ſuo reſeruando ſeu ſine preiudicio iuris ſui in alijs,id eſt ,reſeruato iure ceſsionis.& ſic ſemper ineſt tacitum pactum:cùm hoc ſit de natura actus: cui nunquam etiam per expreſſas generales renuntiationes cẽſetur renuntiari:vt nominatim in exceptione ædendarum tradit Ludouicus Roma.conſi-472.in eo quod.Alexand.conſi.196.nu.9. vbi in an not.dixi libr.6.Sed tantũ valet tacitũ pactũ,quantũ expreſſum.l.cùm quid.ſi certum petat. † Et tamen 24
hęc lex loquitur duntaxat,& ſeipſam reſtringit in caſu,in quo nullum tale pactũ interuenit:ergo nec tacitum quidem & ſic non poteſt loqui nec intelligi in caſu quo debetur ceſsio.Et ſic neceſſariò relinquitur.quòd tantùm loquitur in extraneo ſoluente,iuxta l.ſoluere.ſuprà eod.l.ſoluendo.de negotijs geſt.Qui benè habet negotiorum geſtorum actionem recentem ex noua ſua geſtione. l.cũ pecuniã. l.quę vtiliter.in fin.l.vltima in fin.de negot.geſt.& ſuprà numero quinto.Sed nullo modo habet primitiuam& antiquam actionem,qua debitor ipſe tenebatur,niſi expreſsim & voluntariè ceſſam & venditam à creditore,vt hîc,& in l.nulla.C.eod. ad quod creditor non tenetur:quia nemo tenetur vendere, ergo nec cedere.l.nec emere.C.de iur.delib.& eſſet aperta via qua quiuis quemlibet creditorem cogere poſſet ſibi vendere,& creditores in horas etiam debitoribus & creditoribus inuitis mutari, quod etiam iniquiſsimum & abſurdiſsimum eſſet. † Ter 25
tiò probo per eundem textum ibi,*in omnes quod ex cauſſa tutelæ debebatur*.vbi apparet ceſsionẽ factam de

de ſolido & integro debito:ergo non erat facta collegę vel contutori,ſed extraneo : quia condebitori vel collegę non poteſt ceſsio fieri in totum,ſed pro partibus aliorũ duntaxat:vt tenet Accurſius in hac l.Modeſtinus.quem Bartolus & omnes in effectu ſequuntur,& ſunt text.in tutoribus in l.ſi plures.ibi, *pro parte ſcilicet præſtare*. de adminiſtratio. tuto.in l. cũ pupillus. de tu.& ra.diſtra.idem in alijs.l. quæſitum.§.primo de pecul.l.cùm poſſeſſor.de cenſ. hoc enim regulare eſt, & pro parte contingenti, niſi (quod rarum eſt) contingat, totum negotium ad alium ſpectare .l. ſi non ſinguli.C.ſi certum petatur.l.propter mutuam.C. de duobus reis, vel propter ſolã alterius culpã ſoluatur.d.l.ſi plures. Ergò perperam caſum finxerunt in vno debitorum, cui verba textus non congruunt, imò diſconueniunt,
26 cùm optimè quadrent in extraneo. † Verum eſt, quòd Gregorius Haloander hîc contra fidem veterum & omnium ferè librorum corrigit literam, & mutat conſtructionem textualem huius legis, quem ſecundum antiquam & nouam Anni.1540. literam Pariſienſem & Lugdunenſem tam veterem quàm recentem.1521. Et vniformiter ſecũdum omnes ante æditionem Haloandri ſic legitur & punctuatur. *Si poſt ſolutionem ſine vllo pacto, in omne quod ex cauſſa tutelæ debeatur, actiones poſt aliquod interuallum ceſſæ ſunt*. hactenus vetus & communis lectio. Primus autem Haloander primò detraxit è textu præpoſitionem *in*, ſecundò *comma*, quod erat poſt verbum *pacto*, retraxit poſt verbum *omne*,

transferendo vniuerſalem *omne*, de ſequenti clauſula in priorem. Vtque omittam factam mutationem de verbo *debeatur*, in verbum *debebatur*, quia ſenſum non variat: tamen precedens duplex & detractionis & trāſpoſitionis mutatio multum variat ſenſum in verbis diſpoſitiuis immediatè ſequentibus, quæ remanent incerta, in quid, vel inquantum ceſſio facta ſit. Adhuc per illam mutationem textus non medetur iniquitati & abſurditati huius legis, ſecundum communem intellectum, nec emendatur, ſed relinquitur communis error, & aliarum legum repugnantia, adeò infelix fuit Haloander in mutanda & temerè corrigenda communi recepta litera, dum putat communem intellectum, quem veriorem exiſtimat, plauſibiliorem vel minus reprehenſibilem reddere, captiuando literam ad ſuum & aliorum ſenſum, & ſæpè docui in tractatu Vſura. numero 103. numero 108. Et in extricat. labyrinthi, quòd in ter. numero 10. numero 100. & alibi fuſiùs probaui. Standum ergo communi & antiquę literę, in ſcholis & iudicijs aduſque receptæ, quę veriſſima eſt & aptiùs congruit. † Redeundo ad intel- 27
lectum noſtrum quartò probatur per eundem textum ibi, *cùm nulla actio ſuperfuerit*, vel (& inquit textus in dicta l. nulla.) euanuerit. Ergo hæc lex non loquitur in caſibus in quibus ſoluens eſt debitor, & coactus ſoluit, vel cogi poterat, quod idem eſt. l. Nouiſsimè. quòd fal. tut. author. & in quibus lex quandoque dicit ipſo iure tranſire vtilem actionem, vt in vno ex tutoribus dict. §. non tranſimus.

infi.

in fin. Nec etiam vbicunque aliâs lex ait, ſupereſſe actionem, ad quam cedendum creditor tenetur: vt in l. cùm is. de fideiuſ. l. Papinianus. manda. l. Stichũ & Pamphilum. §. ſi mandato. ibi, *quanquam pecunia ſoluta ſit.* de ſoluti. in l. ſi minoris. ibi, *quid tamen ſi iam fecerunt iudicatum curatores?* de adminiſtr. tuto. l. ſi res obligata. in fin ibi, *quòd quamquam ſuo tẽpore non fecerit: tamen &c.* de legat. j. in l. ſi dominus Sticho. in principio ibi, *ſummas reddidit.* & ibi, *in quibus pecuniam intulit.* de pecu. lega. in l. cùm poſſeſſor. in principio ibi, *tametſi fiſcus pecuniam ſuam recuperauerit.* de cenſib. vbi fiſcus etiam ex interuallo tenetur, nedum priuatus. ergò neceſſariò hæc lex loquitur in caſu quo ſtatim euaneſcit actio: vt in dicta l. Nulla. & in quo nulla ſupereſt, vt hîc. & ſic in extra-
28 neo, qui ius cedendarum non habet. † Quintò probo per eundem huius l. textum ibi, *vel cùm cõuenisſet vt mandarentur.* ergo idem, ſi tacitè conuentum ſit per prędicta numero 23. prout ſemper ita tacitè actum videtur, quoties natura actus talis eſt. l. ſi vno. in principio locat. & etiam probat textus in dicta l. cùm poſſeſſor. l. Papinianus. l. cùm is. & alijs præallegatis, vbi habens ius cedendarum, pręſumitur ſoluere animo ceſsionis habendę, & nominis emendi. ergò intellectus noſter non ſolùm æquus, ſed etiam neceſſarius, nec ſolùm ex aliarum legum collatione, ſed etiam ex verbis & eiuſdem legis colligitur. iuxta l. Gallus. §. quidam rectè. de liber. & poſthumis. Serto, probo per. l. In fraudem. §. qui alio. de iur. fiſc. vbi qui fiſco vrgente pro alio perſol

uit,potest etiam ex interuallo petere à fisco persequutionem bonorum eius,pro quo soluit:ergo cessionem iurium fiscalium. Septimò cõfirmo:quia si pactum priuati extranei de cedendo sufficit ad cõseruandam actionem,& ad cessionem ex interuallo faciendam,vt hîc:ergo multò fortiùs hoc potest pactum tacitum,& obligatio legis, per quam non minus creditor obligatur ad cedendum actiones, quàm per pactum expressum extranei. Octauò, quia siue contutor vel alter correus principalis,siue confideiussor,vel alter correus accessorius interueniant:eo ipso censentur ab initio tacitè pacisci de omni remedio iuris sibi semper saluo,& sic de cedẽdis actionibus. Ergò in omnibus istis siue pariter siue dispariter obligatis nunquam deficere potest. quia semper ab initio prȩcedit & subest pactum cedendi & mandandi actiones.Ergo &c.Item,simpliciter soluens non liberaretur,sed condicere posset. vt suprà numero 18. † Nonò,quia manifesta differentia est inter extraneum,& inter siue personaliter siue realiter obligatum soluẽtem. Primus enim 29
sponte & voluntariè soluit:ideò est quod sibi imputet,si sibi non cauit de consensu creditoris,qui non est obligatus ei cedere:sicut nec iste obligatus eidẽ soluere.secus in eo qui eidem creditori siue personaliter siue realiter tenetur,& ab eo siue nunc siue posteà cogi potest.tunc enim cùm soluat ex necessitate siue prȩcisa siue causatiua,& habeat ius cedẽdarũ,non censetur illud remittere, sed reseruare, etiam si de hoc in solutione nulla mentio facta sit:

quia

quia in necessitatibus nemo liberalis existit.l.Rem legatam.de adimen.legat.Tum extraneus non admittitur ad soluendum pro alio nisi humanitatis ratione,vt ei benefaciat,non autem vt inde negotietur,ius antiquum crediti adquirendo, sed tantùm vt alienam vel inuiti & ignorantis cõditionem meliorem,non autem deteriorem vel proprium negotium facere possit.l. Soluendo.de negot.gest. † Ei 30
autem,qui pro alio tenetur,tanquam alieno morbo laboranti,facilius subuenitur,vt non solùm creditori inuito (qui non omninò alienus est) offerre possit,sed & cessionem exigere. quod adhuc cum tẽperamento æquitatis accipiẽdum est. si enim creditor velit eum indemnẽ reddere,eximẽdo illũ gratis ab obligatiõe &hypotheca,nõ tenebitur ei cedere. Quid enim si sponte ad cessionẽ exigẽdam venit, vt principalem debitorẽ mergat, & eius bona distrahat, nõne creditor potest eum excludere,eximendo eũ obligatiõe,oblata forsan à debitore alia noua cautiõe?dixi in tractatu de cõmercijs & vsur. & in tract.diuidui & indiuid.nu. 116. quo remitto. Ergo necessariò hęc lex intelligenda est in extraneo soluente,qui cùm nullum negotium gestum 31
est,cui cessio non debetur.† Nec ista sunt inania, aut rarò contingentia, sed quotidiana & maximi effectus in praxi. Primò,quia vt in tutela actio primitiua & antiqua habet non solum priuilegium personalis actionis:sed etiam ius reale antiquę hypothecę,quibus noua & recens actio negotiorum gestorum caret,nec est plus quam merè chyrogra-

pharia,& ſic inutilis contra conſortem vel principa lẽ,qui interim decoxit vel alijs hypothceauit.Secun dò,quia antiqua illa actio poteſt habere vim promptę & paratę executionis vel aliud vtile priuilegiũ ex ſtatuto & conſuetudine loci,vbi ex negotio geſto,ſimplici & ord naria actione expectandum eſſet:& iſta quotidiè in vſu veniunt:& plures caſus vſitatos complectũtur.Videsergo nouum noſtrum intellectum non ſolùm clariſsimum & æquiſsimum,ſed etiam in iure & praxi neceſſarium. Prętereà etiam ſi actiones ſint coęqueuę,nec vna plus habens priui legij altera: tamen noſtra intereſt plures ad idem habere actiones.l.non eſt nouum:de act.empt.tum quandoque reus magis ab altera timebit & vrgebitur:vt in l.ſi venditor.§.ſi Titius.de furt.vbi habens actionem mandati coęqueuam poteſt petere ſibi cedi condictionem furtiuam,quæ veriſimiliter magis timebitur.Poteſt autem etiam ex interuallo cedi ſaltem condictione indebiti,vt ſuprà numero 18.

† At nunc his elaboratis cauſſa penitioris diſcuſ- 32
ſionis quartam partem aggredior, contra nouum hunc intellectum pro communi omnium & antiquo fortiſsimè & tripliciter argumentor.Primò de text.rotundo eiuſdem Modeſtini in l.vt fideiuſſor. ſuprà de fideiuſſ.Qui expreſsè ait,quòd vt fideiuſſor aduerſus confideiuſſorem ſuum agat,actio danda non eſt.deinde infert text.quòd ſi è duobus fideiuſſoribus eiuſdem quantitatis,alter coactus à creditore totum ſoluerit,nec ei ceſſę ſint actiões,quòd nullo modo põt confideiuſſorẽ cõuenire:ſed ille ſit libe-

liberatus,adeò vt nec à creditore,cui ſolutũ eſt,nec à fideiuſſore,qui ſoluit, conueniri poſsit.Secundò de l.cùm alter.C.eodem titulo.Vbi in eodem themate ſic ait textus, *Actio ei qui vna fideiuſsit non competit:potuiſti ſanè cùm ſolueres deſiderare,vt ius pignoris in te trãsferretur.& ſi hoc ita factum eſt,ceſsis actionibus vti poteris.* hactenus textus.Ergo ſibi imputet, ſi non exegit ceſsionem,vel de ea non pepigit tempore ſolutionis:vt hîc. Et ſic non poteſt ſtare nouus noſter intellectus quia iſte ſoluens habebat exceptionem cedendarum,& illius etiam contemplatio
33 ne fideiuſſerat. † Tertio fortiùs & in proprijs terminis huius legis,de l.prima C.de contra.iudi.tute. quę expreſsim loquitur in cõtutore ſimpliciter ſoluente pro contutore ſuo condemnato:& tamen dicit quòd ei qui ſoluit,nulla actio competit contra quondam pupillum,vt cedat actiones,niſi ſoluens pactus fuerit de nomine emendo & ſibi cedendo, vt hîc.Ergo antiquus omniũ intellectus, quod hęc l.Modeſtinus.loquatur in contutore ſoluente pro contutore veriſsimus eſt,imò neceſſarius:quia dire ctè probatur in text.aperto & caſu rotondo dict.l. primę quę tanquàm Achilles Homericus ſtat pro communi,imò pręiudicata omniũ ſententia.Quid ergo dicemus:pręſertim cùm non ſit facilè recedendum ab eo quod diu æquũ viſum eſt.l.in rebus nouis.de conſtitut.princip.Vt pręteream quę pro cõmuni opinione allegari ſolent.Nec hîc agitur de communi,ſed de antiqua & perpetua omnium cõuellenda.Reſpondeo, euidentem habeo iuſtitiam

contra apertam iniquitatem,& euidentem vtilitatem cum vsu praxis,quę per se sufficerent dict.l.in rebus nouis. vtque probationes iam factas non repetam † ad dict.l.j.quę fortiùs & ineluctabiliùs vrgere videtur:respondeo nihil penitùs obstare.Nō enim loquitur de deleganda vel cedenda actione primigenia & antiqua actione tutelę,de qua hactenùs loquuti sumus,& de qua tantùm loquitur dict. l.Modestinus.sed expresse loquitur de deleganda &cedenda noua pinguiori & prę iudicata actiõe iudicati recenter quęsita ex noua industria,nonoque sumptu ipsius quondam pupilli,vt patet per textum dict.l.primæ, quę de illa duntaxat, & de nulla altera actione loquitur.Reliquę ergo actiones remanẽt in iure communi,& in sua decisione expressa dict. l.si minoris,in fin.de administr.tuto.& aliorum prę dictorum iurium, non repeto:sed addo necessariò ita intelligendum,non solùm ex verbis eiusdem l. quę de sola actione iudicati loquitur,de qua tantũ ibi quęrebatur:non solũ ex alijs legibus ff.sed etiam ex l.immediatè in eodem titulo sequenti. Vbi dicitur,quòd habet vtilem iure suo etiam sine cessione: ergo danda & ædenda sunt instrumenta tutelaria etiam ex interuallo,de quibus non loquitur dict.l. primum,quę solùm loquitur de instrumentis & coercionibus rei iudicate nouiter creatis. Et si(vt omnes putant) intelligeretur etiam de veteri actione tutelę,esset contra verba eiusdem l.primę,&contra l.immediatè sequentem.† Et quamuis hæc solutio nõ emendicata,nec accersita,sed in ipso text.obiecto 34 35

apertè

apertè fundata,alio adminiculo non egeat: tamen quintupliciter confirmatur.Primò,quia ex postfacto non debet augeri obligatio:sed obligatio quam creditor cedere tenetur,cõcepta fuit & limitata ad primigeniã tutelę: ergo sic est,quod eam cedat, nec tenetur inuitus cedere actionem iudicati, quę alia & diuersa est, suo sumptu & opera sine facto & auxilio petentis cessionem quęsita. Quod ostendo exemplo iuridico & practico in fortioribus terminis.Creditor mutuauit mille sub fideiussore.posteà expromissores accepit.nouissimè fideiussor totum sõluit. tenetur creditor ei cedere actiones contra principalem:sed non contra expromissores: quia hę posteà quesitę sunt,nec earum contemplatione fideiussor intercesit.per l.si plures.in princip.l.si stipulatus.§.si ex duobus.& ibi gloss.Barto.Angelus& alij de fideiuss.l.Si Titius & Seia.ibi,*si posteà minor intercesßit*.& ibi Dynus Oldradus Albericus Angelus de fideiussor.Ergò multò minùs tenetur cedere actionem iudicati contra principalem vel vnum fideiussorum optantem.Quid enim si debitor(vt fit) nouam dilationem nouo fideiussore dato obtinuit: deinde vetus fideiussor soluit?tenetur ei creditor cedere actiones contra principalem & confideiussores soluentis siqui sint:sed non contra nouum fideiussorem,quem etiam poterat ante solutionem obligatione eximere,priore manente in integra obligatione,nisi creditor non gratis,sed aliquo accepto nouum fideiussorẽ liberauerit. quicquid enim recepit,tenetur tam debitori quàm fideiussoribus

etiam prioribus deducere.text.in dict.l.Si stipulatus .§.si ex duobus.& dixi in tracta.vsurarum.q.34. Primus enim non habet beneficium cedendarum nec diuisionis contra secundum sui contemplatione non datũ,per prędicta.& pari ratione nec beneficium cedendarum nouarum actionum,non sua contemplationevel interuentu quęsitarum.† Se 36
cundò confirmatur:quia standum regulę,neminẽ teneri iura sua cedere aut vendere,nisi quatenus iure cauetur.l.Nec emere.C.de iur.delib.Nec obst.æquitas l.In creditore.de euict. loquitur enim in actione antiqua,cuius proinde talis qualis est cessio debetur:quamuis creditor, qui iure creditoris pignus vendidit,de euictione non teneatur.l.j.& per to.C.cred.euict.pig.non deb.Tertiò,quia per sententiam potuit alter damnari sub graui pœna æris vel personę,forsan carceris,de quibus initio nõ fuit cogitatum.vnde obligatio cedendi non debet extendi vltra limites,qui erant tempore contractus.l. Rutilia Polla. de contrahen.empt.† Ideò secus in 37
fideiussoribus de iudicato soluendo,quibus actio iudicati cedi debet,etiam in secunda vel tertia instantia obtenta:vt dixi in nouo intellect.l.Cùm apud Sẽproniũ .ff.iudi.sol.& in annot.ad Alexan.cons.209. libro 7.vnde si tempore fideiussoris conuentionalis accepti tractatũ & actum fuit,quòd creditor faceret reum principalem condemnari debebit futura actio iudicati,cuius contemplatione interceſsit,cedi:& multò magis,si in id in quod damnaretur,debitor fideiusit.† Quartò facit,quòd iste soluens nõ 38
potest

potest aliâs exigi nec grauari per illam sententiam contra se non latam, nec illius timore soluit:ergo non potest illius cessionem exigere etiam ab initio inuito creditore,nec ei debetur.fa.l.cum vendente. C.vbi causs.fisc.vbi Salice.Paulus &tex.in l. Minor 25.annis.in principio de euict.vbi quo officio quis cogitur soluere,eodem cogit eum pro quo soluit. Felin.c.cùm oporteat.in fin.de accu.Io.amicus cons.34.in fin.colum.prima, Iason l.debitoribus.in fi. de re iudic.Ergo nõ cogit eum eo remedio quo nõ cogitur.sed iste non potest cogi per illam sentẽtiã: ergo nec eius cessionem petere potest.Quintò, victor non tenetur vti sententia,sed potest eam omittere,si velit.l.euidenter.de excepti. rei. iudi.ergo nõ tenetur cedere:quia cedendo vtitur.per notat Paul. in l.si actionem.C.de pact.Et sic tutor non condẽnatus sed soluens ex simplici obligatione tutelę, & non in vim sententię,non potest nec ante solutionem,neque soluendo,neque post petere cessionem sententię.Et ita debet intelligi dict.l.j.C.de contra. iudi.tut.† Ad l.vt fideiussor.& l.cùm alter.suprà nu 39
mero 32.Pariter respondeo,quòd in vtraque nõ est quęstio,an ex interuallo cedi possit,sed an principalis actio sine cessiõe competat.& deciditur quòd non.fallit primò,si ob latitationem vel contumaciam debentis cedere quis mittatur in possessionẽ nominis,& ei per prouisionem agere permittatur. l.Fulcinius. & per to.ff.ex quib. caus.in possess.eat. quo casu directas instar curatoris exercet.Fallit secundò,si iudex ex secundo decreto vel aliâs adiudi

cet nomen:tunc enim vtilis perpetuò trãſit.factum enim iudicis cauſſa cognita non minùs pollet, quã factum partis.l.prima.C.ſi in cau.iudi.pig.capt.ſit. l.ſi ob cauſſa.C.de euict.l.profectitia dos.in princi. de iur.dot.Fallit tertiò in contutore.l-j.§.nũc tracte mus.de tut.& rat.diſtrah.l.ſecunda C.de contr.iud. tut.Vnus ergo tutorum qui perſoluit ſtatim contra contutores vtili tutelę cum omni priuilegio dictæ actionis agit.† Et fundatam habet intentionem ex 40
ſimplici apocha,etiam ſi nec alleget nec doceat ceſſionem: ſed fideiuſſori non ſufficit apocha per ſolutionis,ſed debet etiam allegare & probare ceſſionẽ, niſi ſimul oſtendat inſtrumenta originalia,eâque ſibi tradita à creditore,qua traditio vel permiſsio vt maneant penes eum,ſi alias habet vim ceſsionis,vel mandati ex coniunctione perſonarum ſine cautione rati.l.vlti.C.de pact.conuent.Multò magis ſubſiſtente ſeu concurrente obligatione eiuſmodi iura cedendi vt hîc,ita quòd ſufficit quòd ſciente & permittente eo qui cedere tenetur,habeat & vtatur inſtrumentis.cenſentur enim tradita ex pręcedenti titulo & obligatione cedendi.& ſic videtur actualis ceſsio facta.l.ſecunda C.de acquir.vel ret.poſſeſ.gl. vltim. Angelus & alij in l.quędam mulier.de reiuẽdicat.l.Si voluntate.in princip.C.de fideicom.liberta.quia fideicommiſſaria libertas non competit niſi ſecuta manumiſsione l.ſi ſeruus.C.eod.vnde fit libertus manumittentis.l.hi quibus.C.eod.tamen ſi gerat ſe pro libero conſenſu eius,qui manumittere debet,dicitur ab eo manumiſſus.l.cùm quaſi.in fin.
ff.eo.

ff. eod.titu. Facit l.Labeo.in fi.de pact.vbi tacitum pactum nõ petendi probatur ex traditione cautionis vel inſtrumenti per ipſum creditorem facta debitori.Facit etiã l.j.C.de donat.vbi prcedente obligatione tradens inſtrumenta videtur ſoluere quod debet:ergo cedere iura & actiones in eis contentas, quando ad eas cedendas tenetur vt hîc,facit etiam quod notat Lud. Roma.ſing.637.& cõſil.446.Bal. Feli.& alij c.coram.de offic. & poteſta.iud. deleg.
41 † Hinc infero in praxi,quòd ſi iſte fideiuſſor cõtra principalem vel confideiuſſorem agens,cumulando forſan omnes actiones pertinentes(quod poteſt vt dixi in l.ædita C.de æden.in lectura Tubingenſi) ſiue mandati,ſiue negotiorum geſtorũ,ſiue primitiuas,allegans ceſsionem,& producens inſtrumentum principalis obligationis. Si eſt concluſum in cauſa & actori neceſſarium niti,primitiua principali ceſſa,ſiue quia in illius incepit à quadam executione,vel pignoratione bonorum,ſiue vt excludat tertios opponentes,vel alios creditores:non debet cadere cauſa,quamuis non produxerit inſtrumentum actualis ceſsionis,ſed vincere,dummodò appareat inſtrumenta principalis obligationis ſibi ſimpliciter tradita de cõſenſu expreſſo vel tacito ipſius creditoris,qui cedere & tradere tenebatur: ſecus ſi per ſe hęc inſtrumenta de nouo leuaret à notario, vel ſi non appareat ſibi tradita ab eo qui ſoluit, vel eius mandato:quia tuncprocedit l.vt fideiuſſor.de fideiuſſor.& l.cùm alter.C.de fideiuſſ.nõ enim trãſeunt actiones ipſo iure,niſi in caſibus iure expreſ-

sis. † Et in hoc versatur magna æquitas & vtili- 42
tas. potest enim esse casus, in quo non debetur cessio. l. si stipulatus esses. §. j. de fideiusso. vel non debetur huic, vel non tam cito. Et interim iste, qui forte non est soluendo, posset abuti, vt quando soluit ante dilationem reo concessam, vel interim dum creditor pignorauerat nomen debitori hypothecario debitoris sui vel aliâs, & creditor, de cuius cessione & mandato non constat, nõ teneretur de euictione, & reus indebitè vexaretur ante tempus vel pendente alia exceptione, per eum qui non est soluendo, nec daret instrumenta susficientia ad recursum contra creditorem. Item creditor qui promisit non exigere debitorem ad tempus, quamuis non possit exigere fideiussorem, qui non renunciauit omnibus exceptionibus: tamen potest ab illo sponte soluente recipere. Nec facit contra conuentionem nisi cedat actiones simpliciter, quas etiam non debet ante tempus nec inciuiliter cedere. Huius captionis metus cessat inter ipsos contutores. & quamuis cesset, vel etiam cessare constet inter alios principales correos: tamen non transit vtilis sine cessione, quia non est iure cantum, & multominus in fideiussorem tutoris, vel vnius tutorum: quia priuilegium d. §. Nunc tractemus. speciale est, nec debet exxtendi. † Ex hac nostra Analysi nouo & sincero intellectu stat cõclusio. Quòd quamuis cessio ex 43
intervallo facta extraneo, vel ei cui non debetur, quiq; de ea non est re integra pactus, non valeat, vt hîc: tamen facta ei cui debebatur, valet indistinctè,

siue contra correum vel non correum, pariter vel dispariter obligatum per omnia alia iura, quæ videbantur huic Legi & vero intellectui contraria: quæ nunc pulchrè sine vlla sophistica diminutione & contorsione cũ summa æquitate vsibus hominum, praxiq; accommoda conueniunt. Amplia etiam si is cui debetur cessio non interuenerit initio obligationis nec sit correus, sed ex post facto, contemplatione tamẽ illa superuenerit: vt in l. si minoris. de administ. tut. vel cur. l. alterius. in fi. de tut. & rationib. distra. Limito vt procedat in ipsa primitiua obligatione, vel in ea cuius contemplatione is cui debetur cessio accessit: secus de noua obligatione quam creditor posteà seorsum suo facto quęsiuit: vt enim hac vti non tenetur, ita nec eam cedere. l. j. C. de cõtra. iud. tut. quę ita debet nouè & verè intelligi. Et hoc nisi quatenus petens cessionem etiam contemplatione huius futurę obligationis interceserit, vt suprà nu. 37. Et sentit Bart. in l. si stipulatus esses. §. si ex duobus. de fideiuss. Et hęc procedũt in creditore, qui in consequentiam solutionis cedere debet: secus in eo qui principaliter cedere tenetur, non simplicem formulam actionum vel remediorum, quorum sortem recepit, sed rem ipsam: quia iste non dicitur creditor, sed debitor, siue sit obligatus de euictione: vt in l. cùm vir. de vsucap. siue non: vt in l. si hæres pecuniam. ad Trebell. quę, quia nimis excedunt materiam nostram, suis locis reseruo.

SECVNDA LE-CTIO DOLANA SOLERtissimi iuris vtriusq; doctoris Domin. Caroli Molinęi Franciæ & Germaniæ lureconsulti, nuncq; professoris Dolani Iuris, Praxisq; consultissimi in alma Dolana Academia die .22. Nouembris Anno.1555. habita in frequentissimo Magnifici Dom. Rectoris supremæ curię Senatorum, totiusq; Academiæ & vrbis ordinũ cœtu.

IN QVA

Nouus, syncerus & analyticus intellectus l. In lege Falcidia hoc esse seruandum. ff. ad leg. Falc. huic scholæ & vniuersæ Reipublic. donatus est, & l. si Titio aut Seio. de legat. ij. emaculata.

EPITOME.

1 *Errores omnium doct. circa dictas duas leges. 16. 17.*
2 *Duo cardinales errores, vnde quinq; alij fluunt. 5. 6. 7. 9.*
3 *Species d. l. in lege Falcidia. duplex.*
10 *Caussæ errorum.*
11 *Verus intellectus l. in lege Falcidia hoc esse seruandum. nu. 12. 13.*
14 *Cautio vel satisdatio si cui plus quàm per leg. Falc.*
15 *Intellectus l. j. §. si heres. Ad Treb.*
18 *Plurium correorum debitor dicitur cõmunis etiam si non*

sint socij contra glo. & doct.

19 *Et qui totum exegit debet partem indistinctè dare consorti, etiam in indiuiduis. 21. 22. 23.*

20 *Intellectus legis si Titio aut Seio de leg. ij.*

24 *Et in correis debendi indistinctè totum soluens contra consortem ex suo capite agit.*

25 *Vnus etiam sociorum potest altero vti ad vsum destinatum.*

26 *Et cessionem ex interuallo petere potest.*

27 *Rei debendi inuicem fideiubent.*

LECT. II.

MAGNIFICE Domine Rector amplissimi ordinis grauissimi & æquissimi Senatores fidelissimi & prudentissimi Decuriones feruentissimi auditores. Etsi priore lectione nonnulla sciens prętermiero vt latiorem campum l. Lucius relinquerem: † tamen quia Bart. in d.l. Modestinus & omnes post eum nominatim tractāt. l. in lege Falcidia hoc obseruandum, ad leg. Falc. & pessimè interpretantur, etiam si eos omnes vbiq; & canonistę & legistę contra mentem & textus legum, & contra manifestam æquitatem sequantur, nobis eadem aualysi explicanda est, suáq; luci & verę praxi restituenda hęc l. in lege Falcidia. & simul emaculanda l. si Titio aut Seio. de leg. ij. quę ab omnibus glo. & doct. eodem errore implicatur. Omnes enim nedum antiquiores, vt Accurs. Dyn. Iacobus de Aretijs, Pet. pertic. Alber. in d.l. si Titio aut Seio. de leg. ij. Guliel. Cuneus & alij in d.l. Modestinus. Iaco. de Beluis. 1

Beluis. in Auth. de duobus reis, Ioan. And. in additi. Specul. de actionib. & oblig. Sed etiā antiqui vt Bar, Ange. Paul. Alex. in d.l. in lege Falcidia. Bart. & Bal. in d.l. Si Titio & Seio. Bar. in l. reos. q. viij. in l. ex duobus. de duo. reis, & in l. Vranius. de fideiuss. & in d.l. Modestinus. de solut. Bal. in l. j. C. de duob. reis. Paul. l. si ex toto. §. fin. in fi. de leg. j. Bart. Bald. Ange. Paul. Alex. in l. si vnus. in princip. de pact. Deniq; Ias. cęteriq; recentiores & omnes ibi & vbiq; d. duas leges
2 distorserunt. † Primo Antiquiores restringunt d.l. in lege Falcidia. vt loquatur & intelligatur duntaxat in obligatione correorum verbis contracta: vt Alber. Dyn. Iacob. de Rauen. ibi, quos Ange. facilè sequitur: vbi dicunt illum casum non esse alibi. Bar. autem quem cæteri communiter secuti sunt, vidēs hanc restrictionem primò non solùm esse diuinatoriam, sed etiam cęteris alijsq; legibus dissonam, nimióq; contrariā aliter & subtilius restringit: dicens, quòd loquitur & intelligitur duntaxat in duobus correis, ex caussa lucratiua. Secundò intelligūt, quòd nisi isti sint socij lucrum est preoccupantis inter creditores, & damnum soluentis vel insolidum exacti inter debitores: ita vt neuter alteri teneatur aliquis contribuere nec actiuè nec passiuè, idest nec de recepto nec de soluto. Hi sunt duo Cardinales errores siue principales à quibus reliqui fluunt. Tertius infrà nume. 5. Quartus infrà nu. 6. Quintus infrà nu. 7. Sextus infrà nu. 8. Septimus infrà num. 9.

3 Species † facti d.l. in lege Falcidia. talis est & duplex. Primò, duo correi debētes mille, vni prę morię ti alter succedit, qui contra legatarios & fideiusso-

res defuncti vti lege Falcidia,& in ea primò deducere tota mille tanquàm debitũ hæreditariũ, vt de reſiduo quarta ſua detracta,tantò minus ſoluat legatarijs:qui dicunt hęredem non poſſe deducere, ſed ſibi nomine proprio tota mille imputare. quia in veritate proprio nomine obligatus eſt ad tota mille. Secundo & caſu conuerſo,duo correi debendi in mille,alter alteri ſuccedit,qui in ratione falcidię non vult d.mille computare in bonis hęreditarijs in totum nec in parte,dicens ea inſolidum ſibi nomine proprio deberi:quod etiam verũ eſt. Text. breui compendio in vtroq; caſu diſtinguit:aut hi correi erant ſocij,&debet ſiue actiuè ſiue paſsiuè diuidi:aut nulla inter eos fuit ſocietas,& in pendenti eſt in vtrius bonis cõputabitur ſumma debita actiuè,vel *ex cuius bonis* detrahetur,aut ſoluetur paſsiuè. † In *primo* mẽbro diſtinctiõis nulla eſt obſcuri 4
tas,nec æquitatis repugnantia.In ſecundo verò mẽbro obſcuritas eſt penes gloſſ.& dd.ibi, *impendenti* &c.Et omnes aduſq; intellexerunt,pendere à futura ſolutione vel exactione,quam omnes concorditer ponunt in electione ipſius hæredis,ſiue ſit debitor ſiue creditor:qui eſt peſsimus error,de quo nunquàm textus cogitauit.Sed priùs ob oculos ponamus ipſum doctorum ſenſum. † Dicunt enim in- 5
ter correos debendi,quòd iſte hęres poteſt eligere, an ſoluat totum vt hęres,an verò vt ipſe,& ſic in totum debitum imputet hæreditati,& de illa prius deducat,ſoluendo priùs illa mille de bonis hæreditarijs,deinde de reliquo quartam,& ſuper reſiduo legatarijs,pro rata reſidui duntaxat,ſatisfaciat:anverò to-

tà mille ſoluat de ſuo,nihil propter hoc imputando,nec detrahẽdo legatarijs:& quòd ab iſto euẽ
6 tu ſolutiouis futuræ Falcidia pendeat.†Pariter ècõuerſo,dicunt inter correos credendi,quòd iſte hæres poteſt eligere,an velit tota mille à debitore exigere nomine hęreditario tanquàm hęres, & tunc augeatur hæreditas,& conſequenter proſit,ad tollẽdam vel minuendam falcidiam ad commodum legatorum:an verò velit ea exigere nomine proprio, & tunc tanto hęreditas minuatur,falcidia verò,augeatur,& legatarijs & fideicommiſſarijs noceat: & quòd hoc pendet ab euentu futurę exactionis: qui
7 ſunt duo graues errores,à prioribus manantes.†Et vt error ſemel admiſſus,alium tendit,inferũt,& hîc eſt quintus error,tantò prodigioſior quantò& à litera & à mẽte legis remotior.Quòd ſi iſte habet plures etiam decem vel centum cohęredes:tamẽ quòd ipſe ſolus hac in re vincit,omnes alios cohęredes,taquàm maiorem ſiue actiuè ſiue paſsiuè,partem habens.l.maiorem.de pact.habet enim vel debet ſolidum ex capite ſuo.Et rurſus concurrit cum cohęredibus in aliqua quantula etiam minima parte hęreditaria,& ſic ſemper potior eſt &prędferendus in ele
8 ctione.† Sextò pernicioſiùs & iniquiùs errant,tenendo quòd his correis debendi, non ſolùm vnus totum ſoluens vel inſolidum exactus,non habet cõtra conſortem recurſum vllum ex capite ſuo,vt in ſecundo errore:ſed nec ex capite cedẽdarum actionum:quia in nullo debetur ceſsio.Et ſic quòd non ſolùm poſt ſolutionem facta ceſsio in nullo valeat ex generali erronea regula,quia ita tenent, vbique

etiam vbi aliâs debetur ceſsio, per falſum intellectũ l. Modeſtinus. de ſolut. Sed etiam quod tẽpore ſolutionis vel incontinenti facta vel pacta ceſsio nõ valebit: hoc caſu in quo nulla debetur ceſsio, & quę in nihilo faciẽda eſt per hanc l. in lege falcidia. quam ad hoc ſingularem dicunt: ita decidit Bartol. in d. l. Modeſtinus. in q. ij. quart. q. principalis, nu. ii. vbi omnes tam prẽcedentes Barto. & Guliel. Cune. Dyn. Alber. ibi quàm poſteà ſequuti, vt Ang. Imol. ibi, & cæteri vbiq; ſequuntur. † Septimò, quia idem inferunt in correis ex teſtamento: nec hoc ſolũ, ſed etiã ſi duobus alternatiuè ſit idem legatum, puta Titio aut Seio, vtri hęres velit, quòd ſi hęres, non elegerit, alter legatarius non ſolùm poteſt ſolidum exigere, ſed non tenetur partem cõſorti facere. Et reprobãt gloſſ. ij. ibi, ad fi. tanquàm falſam, in quantũ ad tex. referetur, per hãc ſingularẽ l. in lege falcidia hoc eſſe obſeruãdũ. quod eſt iniquũ, nec per hanc legem vllo modo probatur. † Sed quęnam (malum) intẽperies tranſuerſos egit tot ſeculis, tot doctores, vt tã fœdè oberrauerint, idq; in re adeò plana & facili, vt vel ex legibus in eod. titu. ſatis apertè declaretur, vt mox dicemus. Primò ἡ ἀπειρία computandæ & tractandę falcidiæ in experientia legũmq; & titulorũ. infrà ſi cui plus quàm per legem falci. quæ ſunt iura merè practica. Secundò multarũ legum præſertim practicarum concurſus, quas dum malè intelligendo ab antinomijs apparentibus ſeſe aliter extricare non poſſent, coacti ſunt in his anguſtijs, more ſuo, ſomnia fabricare, adverbis tenùs elabendũ idonea: ſed non ad verum ſenſum, & multòminus ad

7. error.

æquitatem

æquitatẽ & legitimã praxim. Et ne ſuper cõcurſu d. ll. & l. j. C. de duo. reis nimis remorer breuiter dico, † quòd verba, *in pẽdẽtie eſſe*, in hac l. nõ reſpiciunt, nec reſpicere poſſũt electionẽ ſoluẽdi in qualitate hęre ditaria vel propria: vt ad vſq; oẽs putauerũt, qui hãc electionẽ ad ſua ſomnia exaggerẽda finxerũt, & cõ mẽti ſunt: ſed reſpiciũt iusipſum obligatiõis, qua de agitur, videlicet in cui⁹ bonis & pro qua parte imputari debeat: quando hoc per certam ſocietatẽ, quę non eſt, vel de qua non apparet, liquidari nõ poteſt. Et tunc non dicit tex. quòd hęres ipſe habeat ius eligendi vel declarandi, imò hoc repugnat: quia tunc nihil ſtaret in pendenti: ſed ſtatim quod ſibi cõmodiùs videretur, eligeret aut declararet. Verum dicit tex. quod donec de incerto portionem, vel mutui recurſus inquiſitum ſeu liquidatum ſit: falcidia ſuper hoc articulo manet in pendenti, hoc eſt, partium iura integra & in ſtatu ſuo: & ſic interim locus eſt cautioni ex edicto prętoris, de quo in l. j. §. ſi annos. ad l. falci. & latiùs in l. & per tot. Si cui plus quã per l. falcidiam. † Probo: quia hęc l. nihil aliud quã praxim & vſum legis falcidię docet: vt patet in princi. text. ibi, *hoc eſſe ſeruãdum*. Et primò ſuper themate de quo ſuprà nu. 3. Iureconſ. in tex. ibi, *Si quidem*. incipit reſpondere per vnicum exemplum methodicũ, quod eum ſui ratione ad omnia id genus ſufficit. l. nõ poſſunt. ibi, *Sed cùm in aliquo caſu ſententia eorum manifeſta eſt*. cum l. ſeq. de legib. dicit ergo quòd ſi conſtat defunctum & hęredẽ fuiſſe in hoc nomine ſocios: tũc expeditum eſt: quia diuiſio omninò fieri debet ſecundum partes ſocietatis, ſi de partibus conſtet:

9

10

11

12

quòd ſi de ſocietate conſtat:ſed nõ de partibus: tũc eoipſo conſtat illas ęquales eſſe:tex.in l.ſi non fuerint.in prin.pro ſocio.Et hoc eſt quod dicit iſte tex. ibi,*atq; ſi ſinguli partem pecuniæ*,ſcilicet pro parte ſocietatis,ſi de partibus conſtat,aliâs partem virilem ſi verò nulla fuit ſocietas,vel de nulla cõſtat,quod idem eſt:l.duo ſunt Titij.de teſta.tute.tũc ratio falcidię tam actiuè quàm paſsiuè pendet.Hęc eſt breuis ſed ampliſsima reſponſio,quãuis enim quęſtio ſit latior exemplo dato in reſponſo,quodvalidè cõciſum eſt,& forſan à compilatoribus abbreuiatum, ſed non ita,quin ſententia manifeſta ſit,& cõſequẽter ad ambitum totiùs quęſtionis extenditur.d.l.nõ poſſunt.Si ergo conſtet nomẽ ſpectare ad alterum tantùm,vel commune fuiſſe,ſiue pro ſocio,ſiue incidenter,& partibus cõmunionis.Ratio falcidię in prõptu eſt,pro eiſdẽ partibus,perinde atq; ſi ipſum nomen vel eius inſtrumentum de eiſdem portionibus eſſet diuiſim conceptum.Aliâs ſi conſtat verè ſocios fuiſſe,ſed pro partibus inęqualibus, de quibus non conſtat,ſubductio falcidię pendet.† Idem 13
ſi non erant ſocij,ſed dubitatur ad quem ſpectabat nomen,vel ſi erat de re vel negotio cõmuni,dubitatur pro qua parte,adhuc eſt in pendenti.Et ſic habent locum remedia introducta à iure,quando vel quatenus ratio falcidię pendet,hoc eſt,probabiliter dubia eſt:vt ſi legatum quod petitur,purum eſt & liquidum:ſed æs alienum,vel aliud legatum, cuius prętextu hęres,cauſatur locum eſſe falcidię,eſt conditionale,vel alias dubium & incertum:ita tamen, vt ſit probabile dubium,an nunc ſit,vel tandem lo-

cus

cus futurus ſit falcidię: tunc hęres accepta idonea cautione,quatenus vltra falcidiam poſteà apparebit ſoluiſſe,tenetur legatum liquidum ſoluere:l.is qui fideicommiſſum.ad l.falcid.l.j.& per tot.ſi cui plus quàm per leg.falci. Aliâs ſi confiſcatio hęredis non eſſet probabilis,cogeretur ſine cautione ſoluere:l.hęc autem.in princ.ſi cui plus quàm per leg.falci.adiecta quali volet proteſtatione. Anto. Rub.l. non ſolùm.§.morte.in repe.num.620.de ope.noui nũtia.hęc intellige de cautione cum fideiuſſoribus, quę propriè ſatiſdatio vocatur.d.l.j.& l.hęc autem. in princ.quia ſi hęres eſſet contentus nuda cautione per ſtipulationẽ,de qua in l.ſancimus,C.de verbo.ſignifi.quę crebrò in iure repromiſsio vocatur, quorum legatarius nõ poſſet recuſare,ſicut nec bonę fidei recognitionem. Sed nec etiam hoc prętextu poſſet hęres ludificari procuratorẽ abſentis:quãuis per hanc vel nudam cautionem plus obligetur legatarius quàm per cõdictionẽ indebiti,qua aliâs tenetur.l.ij.ad fi.de condict.indebit.vt nouè dicam
15 in l.j.in princ.de verb.oblig.† Híc eſt ipſiſsimus ſenſus d.l.& dictæ clauſulæ *in pendenti &c.* literę menti æquitati omnium legum ſenſui comuni praxiſq; conſonus.Et rurſus ex abundanti probo per alia iura eiuſdem tituli l.ſi propter.eo.ibi,*pendet legis falcidiæ ratio*.i.ſuſpenditur,differtur donec liquidum ſit. In l.is cui fideicommiſſum.ibi,*veluti cũ propter conditionem aliorum fideicommiſſorum vel legatorum legis falcidiæ cauſſa pendebit*.niſi cùm partes conſentiãt incertum nominis vendi cautionibus res temperabitur.l.in lege falcidia.in fi.e.ti.quę ita debet intelli-

gi,vt ex textu in l.j.§.ſi hęres.ibi,*ſed eſtimandum fun dum quanti valeat ſine hac cautione*.infrà ad trebell. debet intelligi ſi vtraq; pars conſentiat,aliâs non te nentur aleam captioſam ſubire,vt ſuo loco pleniùs dicã.† Sed intelligere vt putant doctores eſſe in pẽ- 16
denti,propter electionem competentem hęredi:& donec eligat ſuo vel hęreditario nomine totum ſol uere vel totum exigere etiam lippis & tonſoribus: iuxta Horatium & gl.l.quidam cùm filium.de verbo.oblig.patet eſſe ridiculum,etiam ſi hi arbitri ad falcidiam ſubducẽdam dati eſſent:ſi enim hęres ha bet electionem, nonne expeditum eſt? quid enim erit in pendenti ſi per eum ſtet?quis vel literarũ ſed non rerum expers iſtas velut aniles ſcrupuloſitates non irrideret?Intellectus ergo inueteratus tam à ve ro legis quàm à cõmuni ſenſu &praxi aborret.quor ſum ergo hanc legem reſtringere ad ſocios,cùm de ſocis non meminerit,niſi cauſſa exempli quod nõ extringit l.damni infecti.in fin.de damn.infect.l.j. §.quod vulgò.de vi & vi armata.Sed quę dementia abſq; lege & vlla ratione colligere, quòd obligatio correorum verbis contracta inter non ſocios impu tatur actiuè lucro ſolius exigẽtis,& paſsiuè damno ſolius ſoluẽtis:vt neq; ille conſorti teneatur, neque iſte contra conſortem agat:vt Alberic.Dyn.Iacob. de Aret.ſumniant d.l.in lege falcidia hoc eſſe ſeruã dum. quod eſt contra caſum rotundum in l.j.C.de duob.reis? † Plauſibiliùs quidem Guiliel. Cunęus 17
& poſt eum Bart.& omnes qui deinceps ſcripſerũt, an obligatio ſit verbis contracta vel non,ſed tantũ an ſit ex cauſſa lucratiua: ſed adhuc hęc reſtrictio

Intellectus l. j.§.ſi hæres.ad trebel.

pri

primũ diuinatoria eſt.Secũdò,hęc lex quæ vice exẽ pli loquitur,talem reſtrictionem non patitur.Ter tiò,nullo iure probatur,ſed commentitia eſt & vo lontaria.Quartò,iniqua.Et quamquã hæc ſuffice rẽt ad nihil temerè innouandum ſed relinquendũ in alijs regulis communibus: tamen & quintò ſpecialiter probo eam deciſionem falſam eſſe,per tex. in l.ſi rem aliquam.§.ſi duo.de nouat.vbi in correis non diſtinguendo an cauſſa ſit lucratiua vel non: ſed indiſtincte dicitur,ius ſtipulatiõis eſſe inter eos commune & debitor communis.& in l.qui homi nem.§.ſi duo.de ſolut.dicitur, obligatio eſſe inter
18 eos communis.† Verum eſt quod Accurſ.in vtraq; lege reſtringit & ſupplet ſi ſint ſocij.Sed hęc ſubauditio vt cumq; Bart.& alij ſequantur,tam falſa eſt, quàm nullo iure probatur.leges enim ille indiſtinctè loquuntur:ergo diſtinguere non debemus.l.de pretio.de publ.in rem act.cum vulg.Cùm ergo probatum ſit inter eos obligationem eſſe communem, & ius ſtipulandi ſeu crediti commune, & debitorẽ communem:ergo ſi deficiat actio pro ſocio, quando nõ erant ſocij,ſaltem locum habet actio cõmuni diuidundo contra eum qui(vt ex forma & natura obligationis poterat)totum recepit,vel accepto tulit.l.j.& per tot.commu.diuid.l.antepe.l.pe.C.de neg.geſt.niſi ad eum commodum vel incommodũ totum obligationis communis redundare debebat: vt in l.ſi non ſinguli.C.ſi cert.pet.l.propter mutuã.
9 C.de duob.reis.Stat † ergo noua noſtra & veriſsima doctrina,quòd ſi vnus correorum credendi totum recipiat,tenetur partem dare conſorti.Amplio

primò etiam ſi nõ ſit ſocius: quia ſaltem communi diuidundo vel negotiorum geſtorum tenetur. Amplic ſecundò, contra omnes etiam ſi debebatur ex cauſſa merè lucratiua. Amplio tertiò, etiam ſi debebatur ex teſtamẽto in quo poſſunt correi fieri, ſi hoc teſtator intendat & agat, ſiue debendi: vt l. ſi ex toto. §. j. & ibi gl. Bart. & omnes de leg. j. l. eãdem. in prin. de duob. reis, ſiue credendi: l. ſi Titio aut Seio. in fin. de leg. ij. Sed in dubio non cenſetur velle facere correos. l. ſiue à certis. de duo. reis. † Huic tertię amplia 20
tioni non obſtat d. l. ſi Titio aut Seio. ibi, *vterq; petere perinde poteſt, ſi ipſi ſoli legatum foret.* Tum quia text. non dicit, quòd ſolidum poſsit lucrari & retinere: ſed quòd eſt habilis ad petendum ſolidum nomine ſuo, quod vt verum eſt, ita hęc duo multum differũt. Tum quia æquiparat duobus correis, quorũ ſinguli habiles ſunt ad totum nomine ſuo exigendũ, qua ſi quaitum ad hoc quilibet eſſet ſolus creditor: nec tamen ſequitur quin debeat rationem partis reddere correo, & ſic non plus eſt in tali collegatario, cũ non debeat plus eſſe in æquiparato, quàm in æquiparante. l. j. vbi omnes notant de leg. j. Tum tertiò, quia ſimilis eſt textus in correis credendi ex ſtipulatione in l. ſi rem aliquam. §. ſi duo. ibi, *ac ſi ſolus ſtipulatus eſſet.* de nouat. Et tamẽ probauimus locum eſſe actioni negotiorum geſtorum vel communi diuidundo, etiam in contractu lucratiuo: ergo & hîc in legato. Tum quarto, quia non debet fieri differẽtia inter contractus & teſtamenta in dubio: ſed de vno ad aliud arguere licet. l. ſeruum filij. §. eum qui chyrographum. l. quę de legato. de leg. j. Preterea d. l. ſi

Titio

Titio aut Seio. lõgè aliter quã hactenùs interpretãda eſt, quòd in alia oportuna lectione reſeruo: nec enim poſſum nec decet omnia ſimul & ſemel effun
21 dere. Amplio † quartò, etiam in indiuiduis quatenus tamen adaptari poteſt, videlicet quoties contingere poteſt vni correorum totum indiuiduum dari poſſe, & datum eſſe. Quod quamuis latiùs quàm prima fronte videtur pateat, vno aut altero exemplo (ad alia feſtinans) contentus ero: vt ex l. Lucius. de ſeruit. ruſt. prędd. Si quis ius perſonale certi aquęductus dederit vnius digiti vel alterius menſurę aquę, idq; nõ vni Caio, ſed Caio & proculo, & cuiq; eorũ inſolidum non duas menſuras ſed vnicam vt duobus correis eiuſdẽ rei. Si enim Caius ſolus pręuenerit, ſibíq; vt poteſt, exegerit conſtitutionem dicti digiti & aquęductus, quo facto promiſſor ipſo iure liberatus eſt ab vtroq;: l. ij. & iij. in fi. de duo. re. tamẽ tenebitur Caius Proculũ in partem admittere per prædicta, nec dicere poteſt ſe prœuentione lucratũ eſſe, ex eo quòd promiſsio facta ſit ex cauſſa lucratiua, in quo doctores non contradicunt, ſed conſentiunt: ſi promiſsio facta eſſet ſimpliciter, non tanquàm correis, quamquàm ex natura rei vtriq; debe
2 ret inſolidum. l. ij. §. ex his. de verb. oblig. † Ego verò dico quòd etiã ſi ſint formaliter veri correi. Tamen cũ Caius ſcierit obligationem ſibi fuiſſe cum Proculo cõmunem, debuit nomine communi aut animo communicandi exigere. l. in hoc iudicium. in prin. com mu. diuid. & ſic etiam iure actionis tenetur communicare. Verbum autem, ſocium habere, in d. l. intelligitur de quauis communione etiam

sint societate, secundum Bart.& omnes ibi, & est
texin l.ij.eo.tit.imò tex.in specie in l.arbor.§.aqua
run iter.eo.tit.&in l.Lucio.de aqua quot.&æsti.Tũ
omnes fatentur locum esse recursui & contributio
ni etiam si singulis debeatur insolidum, etiam si
ex caussa lucratiua,etiam si non sint socij,dummo-
dò non sint correi.Sed cur aliud iuris est,si sunt cor
rei?Quorsum nullo iure differentiam statuere non
solùm contra omnes iuris regulas sed etiam contra
euidentem æquitatem &iustitiam?†Iam quo res sit 23
clarior & in praxi frequẽtior fac,ex mera liberalita
te eisdem tanquã correis promissum certum aquę
ductum in vsum futuri molendini,Caius non tra-
ctauit cũ Proculo de erigendo communi molendi
no,vel fortè non conuenerunt, ideò ipse constru-
xit insuo &exegit vt potuit illum aquę ductum sibi
tradi & constitui ad agitandam rotam sui molen-
dini,an solus lucrari debeat cõmodum dictę stipu-
lationis vel legati lucratiui.ita dicerent & consule-
rent omnes ex sua erronea & iniqua doctrina. Nos
verò contradicimus,non quòd per se indiuiduum
est,diuidi debeat:sed prout dicunt iura vt commu-
nis sensus & praxis ostendit,diuidendum vsum vel
per tẽpora,puta dies,aut horas,vel per mẽsurasaquę
si Proculus quoq; vicinum molendinum habeat,&
aqua vtriq; sufficiat.l.arbor.§.aquarum.cõmuni di-
uid.l.Lucio.de aq.quot. & æstiua.alîâs siue non pos
sit fieri hęc vsus diuisio,siue possit,sed non commo
dè,quod idem est:per text.in l.idem Pomponius.§.
plũbum.de rei vind.secundum nouũ nostrũ &verũ
intellectum,quẽ defendendo literam communem
dedimus

dedimus in tractatu vsurarum nu.774.Siue cõmo-
dè possit,sed Proculus non habet vicinum molen-
dinũ,necforsam expediret,vno in eavicinia sufficiẽ
te,tunc succedit adiudicatio medię partis cõmunis
æstimationis non molendini nec moletrinę,sed di
cti aquę ductus,sicut si vendi aut de nouo adquiri
deberet dicta parte æstimationis per Caium Pro-
culo dãda.l.cũ filius.in fi.princ.de leg.ij.l.lege falci
dia interueniẽte. ad leg.fal.l.pure.§.si cui legata.de
24 dol.exceptio.l.j.C.cõmu.diui.†nec audieturProcu
lus docẽs eam aquã sufficere pratis vicinis vtriusq;
irrigandis:ideo in prata vtriusq; diuidendam.quia
cùm fuerit promissa & destinatavsui molendini,po
tuit Caius solus in vsum destinatum Proculo nõ vo
cato vel etiam eo inuito impẽdere etiam si essent so
cij.l.cum duobus.§.itemMela.pro soc.Igitur quãto
magis cùm non sunt socij sed correi vt hîc gloss.&
dd.in l.Sabinus. cõmuni diuid.dixi contra Philip.
Dec.in adnot.ad eum consil.249. vbi malè consu-
25 luit.† Nunc èconuerso,similem conclusionem fa-
cio in correis debendi: vt si vnus totũ pręstiterit re-
petere possit à correo partem contingẽtem vel æsti
mationem partis.Amplio omnibus modis quibus
prędcedentem conclusionem ampliaui.Et vltra am-
plio hanc secundam conclusionem quintò etiam si
non habeat iura cessa,quia ex capite suo agit.l.ij.§.
ex his.vers.sed quo casu.de verbo.obli.l.hęredes§.
igitur.§.idem iuris.l.inter cohęredes.in fi.famil.er-
cisc.vel saltem agit negotiorum gestorum vt suprà
nu.19.quinetiam condictione.l.si & me & Titium.
26 si certum pet.† Amplio sextò contra omnes & ne-

dum ſibi poſſunt & debeant cedi actiones tempore ſolutionis: ſed etiam ſi ſimpliciter ſoluerit, poſſunt ex interuallo cedi: imò etiam cõdictione indebiti, cogi poſsit vetus creditor cedere: vt nuper nouè dixi mus contra omnes interpret. l. Modeſti. de ſolu. nu. 18. Fallit vtraq; cõcluſio in quantum negotium ad ſe & non ad correum ſpectaret vt ſuprà nu. 16. in fi. quod etiam in cauſa lucratiua viri verificari poteſt ex parte promittentium: vt ſi Titius volens ex cauſſa donationis promittere centum tertio, roget Caium quo res ſit tutior ſecum æquè principaliter tãquàm duos reos promittere. †Reſpectu enim tertij vterq; 27
ex mea donatiõe tenetur: ſed inter ſe alter fideiubet quod ſæpè vſu venit, quando is qui dotare nõ tenetur nomine dotis promittit, & aliũ ſecũ æquè principaliter obligari facit. Reſpectu enim mulieris mera donatio eſt, licet non reſpectu ſponſi. l. vlt. in princ. C. de iur. dot. l. vnic. §. accedit. C. de rei vxor. act. l. ex morte §. Similiq; modo. c. de pact. conuẽt. Et dixi in tract. de dona. fact. in tract. matr. nu. 75. 76. Ex quib. videtis quàm latè pateat veritas, euidens æquitas & vtilitas, imò etiam neceſsitas nouę noſtrę doctrinę, & quàm neceſſarium fuerit tam in iure quã in praxi, tam in ſchola quã in foro inueteratos errores aboleri, in quo iam multos annos maiore rei familiaris damno laboraui, inuidorum etiam factionibus ſæpè à ſtudijs deturbatus.

Tertia

TERTIA LECTIO DOLANA EIVSDEM D. CAROLI MOLINAEI eodem menſe Nouembris. 1555. habita, in eodem ampliſſimo vniuerſitatis, & ſummæ curiæ Senatorum & ordinum vrbis conſeſſu.

IN QVA

LEX Lucius Titius. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. natiuæ ſuæ luci & perſpicuitati contrarijs omnibus ſublatis, poſt multa tandem ſecula reſtituta eſt.

EPITOME.

1 *Caſus Secundum communem. 2. 3.*
4 *Refellitur. 5. 6. 7. 9. 24. 27.*
5 *Duo ineluctabilia contraria. 8.*
6 *Incapax inſtitutionis, eſt incapax ſubſtitutionis.*
8 *Cohæres extraneus impedit tranſmiſsionem ſuitatis. 36.*
9 *L. ſi infanti. C. de iure deliberandi, l. vnica. C. de his qui ante apert. tabul.*
10 *L. ij. de natural. liber. 11.*
11 *Naturales tantùm filij iure veteri Romano prorſus incogniti. 20.*
12 *Quibus modicum quid concedere cæperunt Valentin. & Grat.*
13 *Conſtantinus magnus nulla erga eos vſus eſt miſericordia, licet ipſe ſpurius eſſet. 14.*
15 *Fabuloſæ chronicæ Angliæ.*

16 *Constantius Constantini pater non potuisset Helenam tabernariam habere vxorem.*

17 *Primus Constantinus fecit l. de legitimatione per subsequens matrimonium, quæ fuit reuocata per Zenonem sed Iustinian. 19.*

18 *Legitimatio per arrogationem sublata.*

20 *Vulgatæ nostræ authenticæ partim ab ipso Iustiniano editæ, partim ex prototypis eo viuo vel Paulo post versæ. 23.*

21 *Gregorij magni præstantia & virtus.*

22 *Per ll. ciuiles episcopos & sacerdotes coram secularibus iudicibus defendebat.*

25 *Verus intellectus l. Lucius.*

26 *Casus singularis hîc matrem etiam testatori extraneum, per pupillarem excludi.*

28 *Naturalis filius pro iusto: legitimus autem pro adoptiuo in iure accipi.*

29 *Sic Pater, auus, parens, familia naturalis ad differentiã adoptiuæ.*

30 *Adoptatus sumebat nomen patris cum diminutione stante naturali.*

31 *Infantes adoptari possunt, & pro suis habentur.*

32 *Vt sit locus pupillari reciprocæ sat est, ambos esse impuberes, licet alter senior viuo testatore pubescat.*

33 *Vbi de interpretatione voluntatis agitur, semper tempus testamenti inspicitur: aliâs tempus conditionis extãtis.*

34 *Vt pubertate istius emancipatione alterius non extinguitur in altero contra Bart. & communem.*

35 *Declaratio dispositoria fieri non potest sine noua solemnitate.*

Hæc lex

LECTIO III.

HAEC LEX Lucius. in se facillima & clarissima est, nec in totò hoc titu. vlla clarior aut dilucidior siue seriem textus attendas, siue mẽtẽ & decisionem.† Et tamen nescio quo Oestro perciti gloss. & doctores omnes adusq; tam prę posterè & violenter interpretati sunt, vt nulla sit in toto hoc libro, nedum in hoc arduo titulo, confragosior in textu, & difficilior in mente, & decisione, propter contraria etiam doctorum testimonio irrefragabilia. Sic autem exponunt & intelligunt. Lucius Titius ex scorto vel concubina Titium naturalem filium suscepit: posteà cõtraxit matrimonium, cum legitima vxore, ex qua suscepit Titianum, & obijt condito testamento, in quo ambos filios, videlicet naturalem tantùm natu maiorem, & legitimũ & naturalem quem anniculum reliquit hęredes, instituit, eosq; inuicem substituit. Contigit Paulò post obitum testatoris, anniculum illum naturalem & legitimum mori impuberem, superstite matre sua vidua patris sui, & superstite Titio fratre noto & naturali tantũ, quem ex paterno testamẽto coheredem habebat. Quęstio fuit de portiõe seu hæreditate Titiani legitimi filij nouissimè mortui, an ad Titium naturalem tantũ fratrẽ, non ab intestato, sed ex causa substitutionis testamentarię pertineat, au verò ad matrem ab intestato. Pro spuriò vel naturali fratre militat substitutio testamentaria, cui quãdiu locus esse potest, nullus potest locus patere matri. l. quã

Casus communis.

diu.de acquir.hęred.l.quãdiu.de reg.iur.Ea autem ſubſtitutio duplex eſt, cũ ſit reciproca & breuiloca:nempe hincinde vulgaris & pupillaris. Aut ergo Titianus naturalis & legitimus filius Paulò poſt patrem mortuus,non fuit hæres.Et certum eſt Titiũ ex capite vulgaris reliquum,& ſic ſolidum hęreditatis paternę obtinere.Aut verò Titianus hęres fuit quocunq; modo,ſiue ratione ſuitatis,ſiue aditionis factę per tutorẽ:& tunc quia impubes obijt, Titius æquè ad partem illius ex pupillari vocatus eſt,& ſic in vtrumq; caſum,& cauſa inteſtati,& mater excluditur.† Ad hęc.I.C.ibi reſpondendo decidit,hanc 2
ſubſtituttionem nunquã fuiſſe pupillarem.Quia in perſona Titij naturalis filij non potuit ſubſiſtere pupillaris,&& ſic nec in perſona legitimi filij,per rationẽ legis iiam *hoc iure.* ſuprà eo.& ſic cõcludit,quòd ad matrem *legitimi filij*,hæreditas liberè ab inteſtato pertinet.Fatetur Iuriſcõſ.quòd ea ſubſtitutio ab inito vulgarem vtrinq; continebat,nec ad hoc reſpondet:quia dubium erat tantũ propter pupillarẽ, non autem propter vulgarem,quã certum eſt defeciſſe ex eo quòd legitimus(qui erat in poteſtate)fuit ſuus hęres,& ſic defecit conditio vulgaris, eo ipſo quòd ſucceſsionem ipſo iure queſitam(l.in ſuis.ſuprà de libe.& poſthu.)ad quoſcunq; tranſmiſit. Et quamuis ſeries textus innuat,quòd ideò hîc ſubſtitutio reciproca non extenditur ad pupillarem,quia Titius tẽpore teſtamenti pubes erat:tamẽ gloſſæ & doctores de hoc nõ curãt,ſiue Titius eſſet pubes ſiue impubes. Sed dicunt ideò ceſſare pupillarem vtrinq;,quia Titius non erat in poteſtate patris, cũ eſſet

eſſet naturalis tantùm,& ſic ſubſtitutio non poterat in eo verificari in ſecundò caſu,videlicet pupillari,
3 ſed tantũ in primo vulgari.†In text.ibi,*Aliter*.Glo. & omnes doctores exponunt de nouo & diuerſo caſu à priore:putant enim quod Iuriſconſul.hîc tranſeat ad alias perſonas,& ad aliam ſpeciem facti, in qua duo impuberes naturales & legitimi erant inſtituti & inuicem ſubſtituti.Et ſic cùm ab initio pupillaris vtrinq; fuerit comprehenſa,vno poſt obitum patris intra pupillaria quãtumuis ſuo hærede defuncto,mater per alterum invim pupillaris excluditur.
4 †Iſte eſt inueteratus &perpetu⁹ intellectus omniũ. Sed primum incipiendo ab vltimo dictis, occurrit abſurditas,quòd ſub eodem filo & tenore eiuſdem tex.ſtatim deſultatio fiat ad alium caſum & ad alias perſonas,contra quam ſeries & verba oſtendũt ibi, *aliter*,quod aduerbiũ ſui natura in eodem caſu aduerſatur,& pręcedentia repetit,niſi quatenus mutãtur.ſed ſub hac clauſula nihil mutatur,niſi ſi prędicti filij eſſent eiuſdem ætatis,ſcilicet pupillaris tempore teſtamenti.Tum in tex.ibi,*fuiſſent*, hoc verbũ pręſupponit loqui de eiſdem liberis Titio & Titiano,de quibus in principio eiuſdem text.Quod ſi ita eſt, impoſsibile eſt intellectum omniũ ſtare tam in primo quã in ſecundo reſponſo:quoniã alia quàm ætatis ratione ſubſtitutio pupillaris ſubſiſtere non poſſet in perſona filij naturalis tantũ,videlicet cùm non eſſet in poteſtate,& ſic neutro caſu in perſona defuncti impuberis ſubſtitiſſet, ſed in vtroq; &per totam legem mater ſucceſsiſſet. Verùm doctores fingunt fieri repẽte ſaltum ad alium caſum,& alias

perſonas,in verſi.aliter.quod tolerandum non negamus,ſi omni alio exitu deficiente ad hoc cogeret neceſsitas,quam ceſſare mox oſtendemus. † Sed ad principalem deciſionem legis,ſecundum inueteratum omnium intellectum, duo ſunt ineluctabilia contraria,quę doctores non re,ſed intricatione verborum & multiplicatione abſurdorum ſuffugiunt. Primũ contrarium.Si Titius erat naturalis tantùm, quomodò potuit æqualiter inſtitui,cũ etiam nouis legibus plus centũſexagintaquatuor annis poſt obitum Iulij Pauli autoris huius l.Lucius.latis nõ liceret ei relinquere vltra vnicam vnciam?l.ij.C de natur.liberr. quę eſt Archad. & Honor. qui mortuo Theodoſio primo patre ſuo regnare cœperũt ann. Do.399..Paulus autem ſub Alexãdro Seuero vel Paulò poſt obijt.Alexã.autẽ anno Do.237.à Maximilia no tyranno cæſus eſt.† Quòd ſi dicatur inſtitutionem non valuiſſe,ſed ſubſtitutionem de qua tantũ hîc quæritur,non eſt ſoluere,ſed tribus alijs inſolubilibus obiectionibus locũ aperire.Prima,quia quatenùs quis eſt incapax inſtitutionis,eſt etiam ſubſtitutionis incapax in eiſdem bonis.l.ſi is qui.ſuprà eo. facit quòd pater non poteſt filio ſuo facere neceſſarios hęredes,niſi quos ſibi quoq; neceſſarios facere poſſet.l.ſed ſi plures.§.j.l.ſi ſeruus cõmunis.in prin. hoc eod.tit.& ſic non poteſt voluntarios facere filio ſuo,niſi quos ſibi quoq; voluntarios facere poſſet, ſaltem in eiſdem bonis.† Secunda & fortior obiectio,quia textus noſter diſertè ait,quòd iſte naturalis fuit vulgariter ſubſtitutus,& quòd potuit vulgariter ſubſtitui.quamuis conditio vulgaris defecerit, ergo

5

6

7

ergo potuit validè inſtitui:quia ſubſtitutio vulgaris nihil aliud eſt quàm directa ſecunda inſtitutio, etiam inſolidum ipſi eidem teſtatori.Inſti.de vulg. & pup.in prin.Tertia idem text.preſupponit apertè quòd Titianus erat validè ſubſtitutus vulgariter Titio,eámq; ſubſtitutionem efficacem fuiſſe, ſi caſus contigiſſet.Ergo Titius non ſolũ erat directè inſtitutus,ſed etiam validè & efficaciter,aliâs non potuiſſet illi vulgariter & validè ſubſtitui:vt tex.vult. Secundum principale contrarium eſt:quia etiam ſi per aduocatos matris ſecundum caput, quod eſt pupillaris ſubſtitutionis, reuocetur in dubium, eo quòd Titio naturali tãtũ,cũ nõ eſſet in ptãte patris,nõ poterat pupillariter ſubſtitui,& cõſequenter quòd ſubſtitutio illa reciproca, que ex parte Titij nõ poterat pupillariter valere,nec ex parte quoq; Titiani,quãquã impuberis & in ptãte patris exiſtentis valere poterat,quòd ea ſit natura reciprocę ſubſtitutiõis,vtvtrinq; ęqualitervalere debeat,vel neutrinq; l.Iam hoc iure.ſuprà e.l.quãuis.C.de impub.& alijs ſubſt.Temẽ ſaltem in caſum vulgaris valere debet ſubſtitutio: cùm anniculus ille hæreditatem non adierit,nec alius pro eo. Et ſic ſemper ſiue per vnum,ſiue per alterum cuput mater excluditur.Nec obſtat priuilegium ſuitatis,quo Titianus ipſo iure etiam inuitus eſt hæres,& ſic ad matrem tranſmiſit:quia non habet locum dato cohærede extraneo, vt hîc datus eſt:per text.in l.apud Ialianum.§.idem Iulianus.Ad Senatuſconſul.Trebell.& ibi Bartolus Angel. Alexand. & omnes,& eſt communis ſententia ibi, & in hac l. Lucius. & in l.ſi filius qui

patri:ſuprà eod.& vbique.quamuis teneant doctores non impediri effectum ſuitatis per cohæredem, qui ipſe quoque ſuus eſt hæres.per text.in l.in ſuis. de liberis & poſthumis. Sed iſte cohęres extraneus eſt : ergo ſuitas priori loco defuncti non prodeſt, nec effectum vulgaris impedit,& conſequenter ſem per omni caſu mater excluditur, quod eſt contra hunc textum.† Nec prodeſt l.ſi infanti.C.de iure 9
deliberandi.quia primò illa l.eſt Theodoſij iunioris & Valētiniani tertij plus 220.annis lata poſt obi tum Pauli authoris huius legis,qui ſub Alexandro Seuero obijt,nec de dict.l.ſi infanti.vnquam cogita re potuit,quę etiam ad pręteritarum legum caſum expon:andum trahi non poſſet. Secundò dict.l.non iuuat niſi aſcendentes per lineam paternam , ad quos duntaxat infans hęreditatem ſibi delatam nec aditam tranſmittere poteſt,non autem ad matrem, nec alios:& ſic etiam iuri nouiſsimo mater exclude retur.Minus proderit ſi hunc textum ſaluare nitantur per l.vnicam C.de his qui ante apert.tab. quia illa l.non inducit tranſmiſsionem,niſi ad deſcendē tes,non autem ad aſcendentes etiam paternos, & multominus ad matrem,quę nec per illam l. vnicam, nec per dict.l.ſi infanti.iuuatur.Iaſon dict.l.ſi infanti.columna j.Bartolus Baldus Salyce.Philipp. Corn.in dict.l.vnica & in conſi.225.in princip.lib. tertio,&eſt communis ſententia pręter id quod dicta l.vnic.quæ eſt eorumdem Imperatorum nō po teſt pręteritis legibus ante.220.annis latis vllo mo do applicari.† Ad primum principale contrarium 10
Gloſſ.& docto. omnes aduſq; ariolando ſoluunt,

& in hoc andabatarum more voluntariè clauſis oculis acquieſcunt,dicentes,quòd d.l.ij.eſt ius nouū, & hoc bene.Sed quòd non eſt permiſſoria,ſed prohibitoria,nec concedit quod erat licitum , ſed prohibet,quod erat licitum,corrigendo ius priſtinum, quo filij naturales tantū poterant in totum vel ſaltē æqualiter cum legitimis & naturalibus inſtitui,&re ſtringendo naturales quotquot ſunt(incluſa ſimul eorum matre)ad vnam duntaxat vnciam quoquo relicti titulo ſtantibus legitimis,vel vnico legitimo cuiuſcunq; gradus vel ſexus.Hęc eſt ſolutio gloſ.& 11
omnium doctorum hîc & vbiq;.†Sed adeò puden da vt nihil putidiùs.Primò contra textum apertum nouellarum,& citabo vulgatum & in ſcholis & foro,omnibúſq; tribunalibus ab antiquo receptum, qui certè fidelior & tutior eſt eleganti verſione Grego.Haloandri,vt ſæpè dixi & probaui in tract.vſurarum.q.j.nu.67.ſic habet ad verbum vetus & communis tranſlatio in authen.quib.mod.nat.effic.ſui. *Naturalium nomen Romanæ legislationi dudum non erat in ſtudium,nec quælibet circa hoc fuerat humanitas: ſed tanquam alienigenum aliquid & omninò alienum à rep.putabatur. A Cōſtantini verò piæ memoriæ tēporibus in conſtitutionum ſcriptum eſt libris. Deinde paulatim in mediocritatem clementēq; ſententiam Imperatores trāſeūtes leges poſuerūt:alij quidem & dari & relinqui aliquid eis à patribus concedentes:* &c.&ibidem.§.oportet.ibi, *& quomodò quidem vetuſtas vſa eſt his amarè:quomodò nos humanè.*Non eſt ergo verum per d.l ij.iura naturalium fuiſſe reſtricta:ſed tum demū inchoatum fuiſſe aliquid eis miſericorditer cōcedi per Arcad.

& Honor.poſt annum Do.399. plus quinquaginta annis poſt obitum Conſtantini primi. † Hic quam 12
uis non ſit ad deciſionem neceſſariò,tamen ad pleniorem doctrinam iucundũ eſt ſcire:tametſi in corpore iuris noſtri non contineatur,quòd Archad.& Honori.nonfuerunt primi,qui cœperũt aliquid humanum agere circa naturales,ſed ante eorumImperium annis quinq; & viginti primi omniũ fuerunt Valentinianus,qui teſte Ammiano Marcellino tũc viuente & ſcribente lib.26.& 27.Valentem fratrem Nicomedię ſtatim cal. Martij ſtabuli ſui tribunum fecit,& mox Conſtantinopoli Calen.Aprilis Auguſtum,quãquam in modum apparitoris morigerum. Deinde: filium quoq; ſuum Gratianum in Imperiũ aſſociauit.Hi tres anno Do.374.temperando rigorẽ legis *Conſtantini magni*, ſtatuerũt, vt habens filios legitimos vel patrem vel matrem ſuperuiuentes ſibi,poſſet vnam tãtũ vnciam naturalibus vel eorum matri dare vel relinquere,vel ſemi vnciam concubinæ,ſi ſola ſit,dummodò non fuerit cum legitima vxore habita.Si quisverò ſine deſcẽdentibus legitimis & ſine patre & matre decedat, poſsit naturalibus eorum matre comprehenſa vſq; ad tres vncias tantùm donare vel relinquere:vt teſtatur Iuſtinia. in nouella.89.de natur.lib.ſiue in auth.quib.mod. natural.effic.ſui §.diſcreti.&legitur (licet non tam plenè ſed partim truncatè)in Cod.Theodoſ.libro 4.tit.6.Cui.C.vt pote per Alaricum regem Gotthorum truncato mutilato, & per Iuſtinianũ noſtrum in j.Conſtitutione ſui C.abrogato,plenam fidẽ nõ adhibeo,nec in ea quidem lege niſi expreſsè recitaretur

retur à Iuſtiniano,qui addit,quòd hoc filijTheodoſij ſenioris ſcilicet Archad.& Honor.licet non perfectè ſanciuerunt: vt patet in d.l.ij.de natural.liber.

Conſtantinus.

13 † Conſtantinus ergo magnus nulla vnquam miſericordia proſecutus eſt naturales tantùm,quamuis non legitimus ſed naturalis tantũ fuiſſet,duobus legitimis fratribus,ſed iunioribus poſthabitis fauore militum paternum Imperium inGallijs occupauit, & manſuetudinem paternam,qui chriſtianos tolerabat,nec proſcriptionibus inhiabat,non ſolùm inuitatus,ſed ſenſum ſupergreſſus,apertè fauẽdo chriſtianis,tres conſortes Imperij chriſtianæ religionis inimicos deiecit,& ſolus rerum potitus eſt: tamen nec naturalis quidem erat ſtrictè ſumpto vocabulo, ſed ſpurius:quia non ex vnica in ſchemate concubinę retenta,& qui cùm licitum eſſet matrimoniũ: *Helena.* ſed ex quadam ſtabularia Helena,fortuito tranſitu compreſſa filia vnius cauponis ſeu ſtabularij apud Drepanium Bithynie promontorium,& portũ maris lõgiùs in propontidem protenſum:vbiConſtantius Chlorus legatus à Diocletiano Imperatore ad Perſas & Parthos pacificandos in tranſitu dictã Helenam filiam hoſpitis ſui compreſsit.Et iam per aliã viam è legatione reuerſus vxorem duxeratTheodoram priuignam Maximiniani Herculei in Imperio
14 per Diocletianum aſſociati. † Et ipſe Conſtantius factus erat Cæſar,prius quàm ſciret puerum eſſe natum ex dicto concubitu,quem infantiam excedentem ex Drepano Romam aduocauit,ſed metuẽs ne quid finiſtri ei accideret àTheodoravxore ſua miſit illum Nicomediam ad Diocletianũ,qui ibi regiam

ſuam habebat in oriente, vbi nutritus eſt in palatio Imperatoris: vt teſtatur Nicephorus in hiſtoria eccleſiaſtica lib. 7. c. 18. & lib. 8. c. ij. & vocatus eſt Cõſtãtinus diminutiuo nomine à paterno, eo quòd nõ eſſet legitimus ſed naturalis, imò propriè nothus & ſpurius ſecũdum leges Romanas. Quin beatus Ambroſius qui tempore dicti Conſtantini vixit, in oratione funebri de obitu Theodoſij prẹſente Honorio Imperatore die. 40. obitus tomo 3. operum, dicit, illam Helenam à Cõſtantio ſeniore cognitam, fuiſſe ſtabulariam, & eam concubinam vocat Blondus lib. 3. Romę triumphantis. † Et fabuloſæ ſunt Chronicę Anglię & falſo ab Anglis cõfictę, quòd ea Helena fuerit filia cuiuſdam regis Anglici ibi nata & clam educata, donec dictus Conſtantius Rex Anglię eam duxit vxorem, & ibi genuit Cõſtantinum: imò genitus fuit, vt diximus, in portu marino Aſię minoris, quem Conſtantinus rerum potitus vocauit Helenopolim, in honorem matris: nec erãt, nec eſſe poterant tum Reges in Anglia, ſicut nec in Cypro, quę iam aliquot ſeculis erant prouincię Romanæ, vt omnes hiſtorici illius temporis teſtantur, iuráq; noſtra de Anglia Vlp. in l. ij. §. prius. ibi, *Ad virum Lupum Britanniæ præſiden.* de vulg. & pupill. Tũc enim tempore Vlpiani, circiter ſexaginta annos ante natiuitatem Conſtantini magni Anglię Britannia vocabatur non autem armorica noſtra, niſi diu poſt. † Nec potuiſſet Conſtantius dictam Helenam habere vxorem, tum quòd aliam legitimam haberet. & ſi non habuiſſet, tamen cùm eſſet ſenator Romanus, & ab antiquis ſenatoribus paternis & à nepte

Ambroſi.

Falſæ cronicæ Angliæ.

15

16

pte Claudij ſecundi optimi Imperatoris oriundus, vt teſtatur Eutropius Rer. Rom. lib. 11. nõ poterat cõtrahere matrimonium cum tam humili & abiecta. l. Iulia. de Ritu nupt. l. humilem. C. de inceſt. & inutili. nupt. vbi in fi. tabernaria & tabernarij filia prohibetur ſenatoribus, quantominus licuiſſet Cæſari facto. Imò Conſtantinus magnus, tantùm abeſt, vt naturalibus tantũ fauerit, vt eos etiam magis aggrauauerit, & ſub pœna infamię & ciuitatis Romanæ per dẽdę vetuerit ſenatores & alios in dignitate cõſtitutos vxores habere tabernarias, aut tabernariorum filias, vel alias humiles & abiectas perſonas, vel ſuſceptos ex illis filios pro legitimis, aut aliquid quo quo titulo directè vel indiſtinctè, vel per interpoſitam perſonam eis relinquere: ſed vt certis legitimis perſonis vel fiſco applicetur, & inſuper derogauerit imperialibus reſcriptis in contrarium obtinẽdis:

17 vt patet in l. j. C. de natur. lib. † Tum nõdum facta erat lex de legitimatione per ſubſequens matrimonium: & primus quidem Conſtantinus fecit legem, vt per ſubſequens matrimonium liberi iam nati legitimarẽtur, dũmodò mulier ingenua eſſet, non de abiectis & vetitis in prima ſua conſtitutione d. l. j. C. de natu. lib. & nulla ſubeſſet proles ex aliquo iuſto matrimonio: ſed nihil aliud ſtatuit in fauorẽ naturalium, & multominus ſpuriorum. Adhuc illa lex legitimationis per ſubſequens matrimonium, fuit poſteà correcta & reuocata per Zenonẽ Imperatorem, & vetus ius pro tempore futuro reſtitutum. tex.

Legitimatio per ſubſequẽs matrimoniũ.

18 in l. diui Conſtantini. C. de natur. liber. † Cũ autem Anaſtaſius ſucceſſor immediatus dicti Zenonis ſta-

tuiſſet naturales nullis legitimis exiſtentibus liberis
Per arrogationem. poſſe per arrogationem legitimari.l.Iubemus.C.de natura.libe.Iuſtinus immediatus eius ſucceſſor hoc correxit & reuocauit pro tempore futuro.l.legem. C.eo tit.& Iuſtinianus eam auũculi ſui & patris adoptiui legem ſimpliciter confirmauit.in auth.quibu. modis nat.effic.legiti.§.& nos non latuit.& in auth. quib.mod.nat.effic.ſui.§.ſicut enim Anaſtaſij.§.adoptionis. † Iuſtinianus autem de nouo & plenè ſta- 19
tuit natos ex muliere cum qua non erant legibus interdictę nuptię:per ſubſequens matrimonium legitimari:dummodò dotalia inſtrumenta conficiãtur. l.cùm quis.l.nuper.C.de natur.liber.Inſt.de hęredi. quę ab imteſt.defer.§.ij.in auth.de trien.& ſemiſſe. §.vlt.in auth.quib.mod.natur.effic.legit.in prin.in auth.quib.mod.nat.effic.ſui.§.reliquũ igitur.vt dicit ſuum eſſe inuentum.& expreſſe addit etiam ſtantibus alijs filijs legitimis.† Solutio ergo omniũ dd. 20
ſuprà num.6.prorſus falſa & deplorata eſt:nec ſolũ per antiqua,ſed etiam per nouiſsima iura,talis oſtẽditur.Et vlteriùs ponderanda ſunt verba d.nouellę. 89 in princ.in antygrapho gręco ibi, ἀλλὰ ὡς ἐκπυλόφ τι, καὶ παντελῶς ἀλλοτριον τὸ κοτεύματος. ad verbum ſed tanquã alienigenum quid & omninò alienum a rep.vt habet vetus cõmunis & fidelis tranſlatio, quę etiam à vero prototypo tẽpore Iuſtinianivel paulòpoſt ſumpta eſt,κατὰ πόδας id eſt verbũ verbo reddendo,vt traſ-
Cõmunis editio authẽ. vera eſt. ferre permittit Iuſtinianus in l.ij.§.hoc autẽ quod ab initio.C.de vete.iur.enucle.vtq; omittam quod Paul.in auth.hoc ampliùs.& ibi Philip.Cor.C.de fideicom.dicunt hunc eſſe partim legitimum Iuſtiniani

niani,& quòd in contrarium Alciat. παρεργων lib.ij.c. 6.aliam eſſe legitimam & breuiorem verſionem factam à Iuliano patritio & exconſule quamuis à noſtris doctoribus & vſu communi reiectam,iſtam verò noſtram communem dicit,eſſe barbarã, imò notham,& tempore Bulgari, qui fuit tempore Accur
21 ſij factam. † Ego cito & profero ſcripta Gregorij magni,qui plus ſeptingentis & viginti annis ante Accurſium & Bulgarum factus eſt epiſcopus Romanus,annoviceſimo tertio ab obitu Iuſtiniani magni,cuius tempore vixit,& vt erat patritius Roma- *Greg.magnus.*
nus nobilis,diues & doctus:legum quoq; Romanarum ſtudioſus fuit:quin etiam rerum in ciuili & ecclesiaſtica politia gerendarum peritus, quippe qui ante Pontificatum prætor & iudex ordinarius vrbis Romę fuerit:vt de ſe in libris epiſtolarum teſtatur. deinde legationes Conſtantinopali ad Imperatorẽ Mauritium(cui valdè charus factus eſt)obiuit.Romanorum epiſcopus factus eos contra violentiam Longobardorum defendit etiam ab Imperatore,
22 Romanis irato in annali obſidione deſtitutus.† Sacerdotes & epiſcopos in cauſsis etiam criminalibus corã iudicibus ſecularib⁹ laborantes conſilijs & ſcriptis ſuis iuuabat,leges pãdectarũ noſtrarũ,& Codicis Iuſtinianei citans,quin etiã nouellarum,vt patet epiſt.lib.11.epiſt.50.& epiſt.54.vbi in cauſſa crimina litam cuiuſdam presbyteri quàm Ianuarij epiſcopi Malachitani pendente in Hiſpania coram Comitiolo pręfecto ſeculari, contendit quòd epiſcopus dicti presbyteri debuit primum adiri,ſicut nouella conſtitutio manifeſtat,quę loquitur de ſanctiſsimis

& Deo amabilibus ac reuerendiſsimis epiſcopis cle ricis & monachis:vnde textum citat ad verbum: vt in vulgatis noſtris authẽticis adhuc hodie habetur pręmiſſo etiam eodẽ titulo,qui in noſtris habetur. *Imperator(ait) Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſimo præfecto prætorio. Si quis contra aliquem clericum aut monachum aut diaconiſſam aut monaſtriã aut aßiſtriam habeat aliquam actionem,adeat priùs ſanctiſſimum epiſcopum &c.* proſequitur enim de verbo ad verbũ tex tũ d.nouellę prout in vulgatis & antiquis libris noſtris habetur,nullo nec apice quidem variato, niſi ibi,*executioni perfectæ contradi.* vbi Grego.legit *mandari &c.* vitio enim ſcriptorum (cùm etiam per tot ſecuta puellę iura noſtra ſcriberent vt pretium ſcriptionis in dotem darent)aliqua contigit variari ,vt loco mandari ſuppoſitum contradi.& quędam alia quę in annotationibus in nouellis oſtendi. Addit Grego.ne verò obijciatur,quod de clerico hoc loquitur (ſcilicet d.§.ſi quis contra)non de presbyte ro,ſciendum eſt,quòd in eadem conſtitutione.libr. C.primo,legitur appellatione clericorum & presbyteros & diaconos contineri.verba autem legis iſta ſunt.*Presbyteros aut & diaconos & ſubdiaconos cantores & lectores,quos omnes clericos appellamus.* † Hæc 23
ad verbum Greg.qui non ſolũ textum noſtrarũ authenticarum de verbo ad verbum,vt in vulgatis habemus,citat in d.§.presbyteros autem.de ſanctiſsi. epiſc. ſed etiam citat authenticam presbyteros & diaconos.inde tranſſumptam & lib.primo C.inſertam.Ergo liquet quòd iam tempore ſuo paulò poſt Iuſtinianum,vix triginta annis.ab eius obitu,authẽ

ticæ

ticę illę è vulgatis noſtris ſumptę,quæ ſunt in.C.Iuſtinianeo,fuerunt ex tunc eidem Codici inſertę:vt vehementer errent dd.noſtri qui illam auth.inſertionem attribuunt Irnerio,cũ plus ſexcentis annis ante natum Irnerium inſertę fuerint Codici,vt Patet ex ſcriptis Greg.magni,qui etiam in cauſſa præfati Ianuarij epiſcopi criminaliter coram d.prefecto accuſati multas alias leges è pandectis C.& nouellis conformiter ad authenticas noſtras vulgatas citat:vt etiam habetur in rapſodia Gratiani ſeu decreto magno.2.q.j.c.in primis.ad quod nemo ſcri-
24 bentium adhuc animaduertit.† Redeũdo ad rem ſuprà nu.6.& nu.7.Satis ſupérq; profligata eſt ſolutio imò euaſio glo.& doct.ad leges & iura communi omnium intellectui d.l.Lucius.ex diametro repugnantia in primo principali contrario:ita vt etiã non attentis iuribus ſecundi principalis contrarij. ſuprà nu.8.9.etiam ſi non obeſſent,& illis breuioris methodi cauſſa in preſentiarum diſsimulatis neceſſe ſit hunc intellectum illud inueteratum ruere,nõ ſolũ per aliarum antiquarum & nouarum legũ repugnantiam:ſed etiam per contextum eiusdem l. Lucius.quam ſibijpſi repugnantem & variantem & impertinentibus rationibus ſubnixam faciunt: ita vt excepta perſona teſtatoris omnes perſonę in primo & ſecundo reſponſo varientur,videlicet vt primum reſponſum loquatur de fratribus diuerſi generis vno naturali tantũ,altero naturali& legitimo genitis ex diuerſis matribus,altera legitima vxore teſtatoris,altera concubina.Et quòd iſtud primum reſponſum non loquatur de matre legitima vxore te-

ſtatoris,ſed de matre concubina,quæ non eratvxor teſtatoris.Contra in ſecũdo reſpõſo ibi,*aliter*.quòd loquatur de fratribus germanis eiuſdem generis naturalibus & legitimis,& de eadem communi matre legitima teſtatoris vxore:& quòd imparitas ætatis (quam tamen ſolam vt deciſiuam textus adducit) impertinens ſit.Sed quòd imparitas natalium, de qua tamen textus nullo modo meminit,diuerſitatẽ faciet in vtroq; reſponſo,eandem legem præpoſterando & diſtorquendo,& totam iuris hiſtoriam inuertendo,multarũ legum vero ſenſu obruto.† Nos 25
autem dicimus hanc legem reliquis iuris partibus conſonam,& conformiter ſine vlla deſultatione caſus & perſonarum pari filo ita planè & nitidè intelligendam in duobus filijs in poteſtate patris conſtitutis:*quorum alter pubes naturalis & legitimus nomine Titius,alter anniculus adoptiuus nomine Titianus pariter inſtitutis & inuicem ſubſtitutis:quorum mortuo teſtatore Titianus impubes deceſsit ſuperſtite matre ſua naturali & legitima*,& Titio cohęrede. Vnica quęſtio fuit de hęreditate Titiani vltimo defuncti,an ſpectaret ad cohęredem ſuum ex ſubſtitutione,an verò ad matrem ſuam ab inteſtato?Et iuriſconſ.breui compendio rationem reddẽs ſoluit eam ſubſtitutionem reciprocè factam in paribus ætate nũquam ſpectaſſe ad pupillarem, cuius caſus extitit l.iam hoc iure.ſuprà eo.ſed tãtũ ad vulgarẽ,cuius caſus defecit:quia adoptiuus hęres fuit, & ſic vtroq; ſubſtitutionis capite deficiente hęreditatem filij ad matrem ab inteſtato pertinere. Addit Iuriſconſ.vel ſic.aliter. velut corollarium,aliud eſ-

ſe,ſi

ſe,ſi ambo filij fuiſſent impuberes:quia tunc etiam in caſum pupillaris potuiſſet valere ſubſtitutio in perſona vtriuſq;: & ſic caſu pupillaris in perſona huius adoptiui contingente,eius hęreditas matre ex-
26 cluſa ad ſubſtitutum pupillarem pertinuiſſet. † Et hîc eſt caſus expreſſus in iure, quòd pupillaris expreſſa ſaltem verbis generalibus excludit matrẽ,nõ ſolùm viduam teſtatoris,vt paſsim in iure l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.de inofi.teſtam. Sed etiam prorſus teſtatori extraneam,qua etiam inconſulta & inuita filius eius ab alio adoptatus eſt vel arrogatus.& quamuis hoc ſatis clarum eſt generali iure:tamẽ caſus in indiuiduo non eſt alibi,niſi in hac l.Lucius.ſecundum nouum noſtrum clariſsimum intel-
27 lectum,nullum patientem contrarium. † Quòd ſi quis ad repentinum hunc inſperatę lucis ſplendorẽ cecutiens dicat me diuinare,vel literę textuali addere. Ad primũ reſpondeo primò impoſsibile eſſe hũc textum aliter intelligi,vt patet ſuprà nu.4.cum ſeq. Secundò intellectum noſtrum natiuum eſſe:aliorũ verò diuinatorium & falſo accerſitũ.Ad ſecũdum nego me quicquam addere:ſed illi perperàm de ſuo capite per totam legem addiderunt:vt ſuperverbo, legitimus,verbum & naturalis,& ſuper verbo naturalis,taxatiuam duntaxat, quę additiones prorſus reijciendę ſunt, vt falſæ & incõpatibiles & inducentes repugnantiam huius legis ad omnia iura & vete-
28 ra & nouiſsima.† Verùm hæc l.planè vt iacet ſine vllis additionibus intelligenda eſt conformiter ad ſuum proprium & communem modum loquendi in iure noſtro,in quo filius naturalis de iuſto filio

intelligitur,id eſt naturali & legitimo,qualis definitur in l.filium eum definimus.ſuprà de his qui ſunt ſui vel alien. iur. merus enim naturalis pro nihilo habebatur:vt ſuprà nu.11.filius autem legitimus hac ſola legati appellatione cõnotatus,de legali intelligitur,videlicet adoptato vel arrogato: vt hîc. Quod aũt filij ſeu liberi naturales in iure intelligũtur naturales & legitimi tãtũ, nõ aũt etiã naturales tãtũ textus ſunt creberrimi:vt in l.ſenatoris filiũ.in prin.in l.liberos ſenatorũ.ff.de ſenatoribus,in l.ſiue libertus.§.naturales.de iure patr. in l.j §.liberos.§.ſi quis filiũ.ſi tab.teſt.nullę ex tab.l.ij.vnde liber.l.ſi filiũ naturalẽ.de grad.& adfin §.tã aũt naturales. Inſtit.de: inof.te.§.j.in fi.Inſt.de hęre.quę ab inteſt.de ferũt.ibi, *nec intereſt vtrũ naturales ſint liberi an adoptiui.*§.adoptiui liberi.Inſt.de exhęr.liber.Et generaliter quoties in iure naturalis& legitimus exponũtur, vel mẽtio fit naturalis ad differẽtiam legitimi,vt in d.iuribus,& in hac l.Lucius.quę ſecũdũ illa pariter loquitur & intelligitur.† Sic pater naturalis dicitur 29
ad differentiã patris adoptiui,& intelligitur de naturali & legitimo duntaxat.text.in l.cauſſa cognita.ſuprà eo.tit.de vulg.& pupil.in l.j.§.hęc autẽ.vn de cognati.Inſtit.de adopt.§.ſed hodie.Inſti.de exhęred.liber.§.adoptiui.l.pen.& per totũ C.de adop. ſic quando lex loquitur de auo naturali,intelligitur de naturali & legitimo,ad differentiam ſimpliciter legitimi vel adoptiui.l.ſi emancipatus.§.ſi filius.§. planè.de bon.poſſeſs.contra tab.Sic familia naturalis intelligitur ſimul & legitima ad differentiam familię adoptiuę:nulla enim in iure eſt familia naturalis

ralis tantùm l.j.§.hæc autẽ.ff.vnde cognati:ſic parẽtes naturales in iure intelliguntur ſimul & legitimi d.l.ſi emãcipatus.§.planè.de bon.poſſ.contra.tab.§. adoptiui.verſi.qua ratione.Inſt.de exhęr.lib.Quin etiam hæc phraſis ſermonis non ſolùm frequẽs eſt in iure no,ſtroſed etiam in cęteris authoribus & hiſtoricisveteribus Iurecõſultis συγχρονοις vt Valerius Maximus lib.7.de teſtamẽtis. quæ reſciſſa ſunt patrem naturalem vocat,qui ſimul legitimus ad differentiã
30 legitmi ſimpliciter adoptiui.† Confirmo,quia iuſtus filius,ſcilicet naturalis & legitimus ſolebat plenum nomen patris ferre,vt hîc naturalis vocatur Titius,adoptiui autem nomen adoptantis capiebant: ſed cùm quadã diminutione ſtãtibus naturalibus. Ideò legitimus iſte ſeu legalis filius vocatur Titianus voce diminutiua.fac.ſuprà nu.14.Titius autem in textu bis aptè dicitur naturalis frater,non tam reſpectu patris,quia frater ad fratrem non ad patrem refertur,quàm reſpectu originis:quia natiuus eſt,& in poteſtate retentus.l.ſi filium naturalem.in princ. de grad.& adfini.§.inter eas.ad fin.Inſtit.de nupt. Titianus autem frater legitimus ſeu legalis eſt:quia pręter naturam ciuili artificio accerſitur:dic.l.ſi fi
31 lium naturalem.in fi.† Porrò non eſt dubium quin anniculus adoptari poſsit.l.etiã infantes.de adopt. & ei inſtituto etiam pupillariter ſubſtitui.l.ij §.ſed ſi extraneum.ſuprà eod.de vulg.& pupil.§.adoptiui.ibi, *eiuſdem iuris habẽtur,cuius ſunt iuſtis nuptijs quæſiti.* Inſtit.de exhęred.liber.æquè teſtamentum ipſo iure rumpunt agnatione.Inſt.quib.mod.teſt. infir. in princ.æquè per quęrelam inoff.Inſt.de inoffici.

testa.in princ.†Sed in reciproca nō intelligitur co- 32
gitatum de pupillari,nisi quando vtriq; congruere
poterat:vt hîc,& l.Iam hoc iure.suprà e.l.quāuis.C.
eo.vt quando vterq; erat eiusdem ætatis,vt in textu
versi.a liter. quod intelligitur non de numero anno
rum : sed de ætate capaci substitutionis pupilla-
ris,vt materia subiecta ostendit,id est,si vterq; erat
impubes, quāuis alter anniculus , alter tredecim an
norum,sunt enim eiusdem ætatis,vt Accurs.& om-
nes hîc rectè tenent.† Nec obest si viuo testatore al 33
ter pubescat,& sic in eo extinguatur pupillaris:quia
nō ob id extinguitur in altero,qui remanet infans,
vt est communis & vera sententia: sed non expri-
munt veram & radicalem rationem quę est, quòd
an recipproca pupillarem excludat,nō pendet ab ali
quo futturo *euentu*,sed ab interpretatione voluntā-
tis testatoris tex.d.l.Iam hoc iure.in princ.ibi,*intelli
gatur*.& ad fin.ibi,*voluntatis quæstionem*.& ibi,*si vo-
luntas parentis non refragetur*. suprà eo.l.quamuis ibi,
si modò non contrariam.C.de impub.& alijs subst.sed
quoties agitur de interpretatione voluntatis testa-
toris,an aliquid includat vel non necessario tempus
testamenti seu dispositionis duntaxat ,inspiciendū
est:l.si ita legatur.l.vlt.in princ.de aur.& arg.legat.
vbi hoc non est propter pronomē,meum,quod vul
gò putant,vt nouè dixi in consuet . Paris.§.j.gloss.5
nu.19.aliâs tempus diei vel conditionis extantis be-
ne inspicitur l.si post mortem.in princ.de legat.j.l.
quę legata.de reg.iur.cuius arg. decet ita restringi.
† Sed quid si non natura& tempote cōtingat priùs 34
in alterò extingui pupillarem, sed facto testatoris,
qui,

qui alterum ex impuberibus emancipauit:doctor.
controuertunt. Guliel. Cun. Bald. l.in testamento.
C.de test.militis.Vldari.Zazius in tract.substit. te-
nent indistinctè extingui pupillarem invtroq;.Bar.
in d.l.Lucius.nu.10.distinguit:aut emancipatio est
merè voluntaria & pupillaris, vtrinq; extinguitur:
aut pater ex aliqua caussa coactus fuit emancipare,
& remaneat respectu retenti in potestate ad cōmo-
dum emancipati:& hanc communiter sequuntur
doctores hîc & in d.l.& in testamento. sed Ias.hîc
nume.19.tenet indistinctè remanere substitutionē
in altero,& est veritas:quia ab initio adfuit : sequēs
autem euentus non adfuit,nec concernit vtrumq;,
sed emancipatum tantū:nec tollit in eo substitutio
nem hāc per modum dispositionis:quia nec potest:
nec ad hoc de se tendit,sed tantū per alterationem
seu immutationem materię,quēadmodum puber-
tas superueniens.Et sic non tollit,nisi in persona fa-
35 cta inabili:aliam autē relinquit in suo statu. † Nec
est verū quod Bart.hîc nu.11.dicit,testatorē ex quo
uis interuallo & sine noua solennitate posse reuoca
re hanc substitutionem pupillarem , quę ab initio
continetur in breuiloca:quia(inquit)quod conti-
netur in breuiloca,est quędam declaratio huius ge-
neralitatis:sed declaratio fieri potest sine noua solē
nitate:l.hęredes palam.§.sed & si notaui.de testam.
d.enim.§. procedit in declaratione circonstatiarū
dispositionis obscurę,in qua non ius , sed probatio
deficit:vt tradit ipsemet Barto.in d.l.hęredes palā.
§.j.nu.4.& modò non agatur de substantia actus.
Ioan.Anania consil.84.videndum est.col.ij.Ias.hac

l.Lucius.col.6.ſed hîc conſtabit dictam ſubſtitutio nem includi,nec ius, nec probatio deficiebat, nec aliquid declarandum ſupererat,& reuocatio ſubſti tutionis fundata involuntate reuocante,non eſt de claratiovnius circũſtãtię,ſed cõtraria ſubſtit.&reuo catio ſubſtãtię& diſpoſitiõis certę& perfectę:in qua omnia de integrò fieri exigeretur.d.l. hęredes palã.§.j.†Et hęc ſufficiũt pro noua reſtitutiõe& textua 36
li explicatione huius legis,in qua oẽs nimis aberrarũt, pręcipuè Aug.Peru. hîc dicens ſed peſsimè,hîc eſſe caſum quod Iure digeſtorũ pater poteſt filium baſtardum cũ legitimo &naturali inſtituere,& eos inuicẽ etiã directò & pupillariter ſubſtituere.item hîc eſſe caſum,quòd datio vulgaris ſubſtituti non impedit tranſmiſsionem hęreditatis nõ aditę,cõtra tex.&comunẽ doctrinam in l.ſi filius hæres.de lib. &poſth.de quo tamen hæc lex nunq̃; cogitauit,nec ad hoc ſed ad aliud tendit.Tertio ait Aug.hîc eſſe caſum,quòd datio cohęredis extranei impedit exiſtẽtiã ſuitatis quòad cõfirmationẽ tabularũ pupillariũ,quòd meliùs probari dicit in l.apud Iulianũ.§. j.adTreb.Sed ille.§.lõgè aliũ habet ſenſumvt ſuo loco dicã,& clarè demõſtrauimus in hac l.non eſſe extraneos ſed fratres in ptãte eiuſdẽ patris:& ſic obiecta ſecũdi principalis cõtrarij ſuprà nu.8.9.nõ ſunt ad propoſitũ in vero & neceſſario caſu legis per nos reſtituto. Et quãuis obiecta illa 'noua indigeãt examinatione,& multa alia quę ſe offerunt in materia ſubſtitutionũ:tñ quia tẽpus nõ patitur,& peculiarẽ ſuũ analyticũ tractatũ exigũt, remitto ad tractatũ meum ſubſtitutionum.

Quarta

QVARTA LECTIO DOLANA EIVSDEM D. CAROLI MOLINAEI nona menſis Ianuarij eodem Anno in amplisimo vniuerſitatis & ſupremæ curiæ Senatorum, Decurionum & ordinum vrbis conceſſu.

IN QVA.

LEX ex parte.ff.famil.erciſc.vero & natiuo ſuo ſenſui reſtituta eſt,inueteratis erroribus profligatis,& contra recentem mutilationem redintegrata.

EPITOME.

1 *Vetus omnium intellectus.2.*
3 *Refellitur.25.*
4 *Nouus & verus intellectus.5.7.10.*
6 *Text.malè truncatus ab Haloandro.26.*
7 *Minores & abſentes excuſantur à non vlta nece deceſſoris.27.*
8 *Expenſæ reales perſonales.10.*
9 *Hæc L.de perſonalibusnõ realibus impẽſis,tamẽ in vtriſq; ſolũ attendi,an negotium ſit cõmune vel non.11.15.16.*
11 *Verba ſecundum materiam ſubiectam.*
12 *Vltio legalis non eſt prohibita per Euangelium.14.ſed priuata.13.*
17 *Quando deducantur expenſæ,quas alias quis feciſſet domi vel pro ſe.*
18 *In re communi non curatur,quòd alter tantũ erat impenſurus pro parte ſua tantùm.25.*

l

20 *Consilium volatile officiosum, laboriosum.*

21 *Pater filio aduocato non potest donare pro consilio obsequiali. 22.*

23 *Contra eum cui debetur obsequium, non taxatur consilium facile & officiosum.*

24 *Reijcitur distinctio Bart. & in ratione sumptuum venit opera & industria.*

28 *Scæuola concisè respondebat.*

LECTIO IIII.

HÆC LEX pessimè fuit hactenùs intellecta, & nouissimè à quodã
1 Alemanno malè trũcata. † Secundũ glo. & omnes casus talis est. Titius & Seius hęredes conuenti fuerunt à ter- *Falsum thema.*
tio in petitione hæreditatis. Titius fortè possessioni incumbens, totam caussam solus sumptibus suis defendit & obtinuit. Posteà Seius partem suam hæreditatis diuisim petijt iudicio familiæ erciscũdę, nec volebat sumptus pro parte restituere vel deducere. Dubitatum fuit, an Titius posset Seium actorem repellere. Et respondetur, secundum sensum & intellectum ad vsq; omniũ, quod potest excipere & etiã agere ad partem sumptuum, quatenùs tamẽ de suo plus impendit & erogauit, ex eo quòd totam hæreditatem, & sic partem Seij quoq; defendit. Secus si propter partem cohæredis non plus expendit, seu quando pro parte sua defendenda (si pro sua tantùm parte in ius tractus fuisset) tantundem expendisset. Et ideò quia caussa pariformiter communis erat, non plus expendit quàm si partem tantùm de-
2 fendisset, † Ratio decidendi secundum eos est: quia propter consortem non plus expendit: tantundem enim erat pro se, vel pro parte sua tantùm expensurus, & sic nihil ei abest propter cõsortem. Et ita per hanc legem decidunt Ludo. Rom. sing. 647. expendens. Io. Calderi. consi. 2. de solutio. Ias. consi. 2. in fi. lib. j. Alci. l. si quis nec caussam. si cert. peta. & omnes vbiq;. Seius quatenùs sibi propter consortem abest,

vt quãndo viceſima litis exigebatur,& quando pro maiori lite maioreſerant ſportulæ.† Sed cũ ex hy- 3
potheſi totam cauſſam communem ſolus & de ſuo defenderit vtiliter & neceſſariò,&victoria ſit cõmunis,lucrum & commodum cur non ſunt ſumptus communes ? Ergo hic intellectus eſt iniquus . Fortiùs probo:quia cùm Titius poſſeſsioni incumberet & poſſet defendere de communi,&fuiſſent ei ſumptus pro rata imputati,& pro accepto lati.ſi ergo fideliùs imò liberaliùs faciendo,totam hęreditatem intactam relinquendo,& de ſuo erogando totum defendit &vicit:cur deterioris eſt conditionis? cur meliùs agitur cum eo qui minus benignè egit? cur non gaudet beneficio imò penſatione iuris communis ſiue ratione geſtionis rei cõmunis:l.qui aliena.in fi.ſuprà de neg.geſt.ſiue ratione communis:l. cum duobus.§.quidem.infrà pro ſocio,ſiue ratione alterius diuiſim:ſiue ratione vtriuſq; cauſſæ ſimul concurrentis coniunctim?Sed vt error ſemel admiſſus vires vt mala fama acquirit eundo,extendũt ad omnia communia negotia,& omnes bonas leges limitant,imò vitiant.Quinetiam ad conſilia doctorum & aduocatorum ſiue in communi,ſiue etiam in non communi ſed propria tantùm cauſſa extendunt.† Secundum nos autem & nouum noſtrũ ve- 4
Verum thema- rum intellectum thema tale eſt.Titius & Seius inſtituti hęredes æqualiter non proſecuti ſunt necem & interfectores teſtatoris,quod fuit delatum fiſco,qui cœpit petere bona vniuerſa in ærarium redigi ob inultam mortẽ defuncti . Titius qui magis diffamatus erat,de neglecta vltione mortis defuncti . totius litis

litis & omnium bonorum defenſionem ſuſcepit,& abſolutus fuit . quo facto, & hęreditate pacificata, Seius cœpit agere familię erciſcundę contra Titiũ qui volebat dimidiam partem ſumptuum in ea lite factorum ſibi reddi vel deduci.Seius nihil agnoſcere nec deducere volebat.Titius cõſuluit Scęuolam qui ad propoſita reſpõdet,vt in text.videlicet,quòd ſiquidem Titius aliquid erogauit ratione culpę vel cauſſæ ipſius Seij,habetur ratio ſumptuum : ſi verò tantùm propter ſuam cauſſam periclitatus eſt & ex
5 pendit,nihil repetit nec deducit.†Hic eſtvnicus natiuus verus & ſyncerus intellectus huius textus literę textuali conformis,necnõ æquitati,praxi & vſui hominum accommodus,nullum habens in iure cõtrarium.Contra communis &inueteratus omnium intellectus,manifeſtam habet iniquitatem,necnon literæ textuali repugnat,& omnibus alijs iuribus ſimilis materię.Et probo noſtrum intellectũ per ipſũmet textum. Primò,ibi,*de tõtis bonis*.nõ dicit de hæreditate vel eius quota,ſed de bonis.Aliud autẽ proprièſunt bona,aliud hæreditas.l.ij.C.de vi publ.& priuat.l.cũ autem pars.de leg.ij. Secundò in textu ibi,*ob inultã mortem*.Ergo fiſcus agebat:ergo nõ dicebat ſe hæredem,nec agebat petitione hęreditatis, ſed volebat auferre bona tãquam ab ingratis, quia teſtator trucidatus fuerat,& ipſi non fuerant vlti
6 mortem.† Malè ergo & flagitiosè verba legis ibi, *ob inultam mortem*.ab Haloandro contra publicam antiquorum & recẽtium librorum fidem detracta ſunt:ille tamen non dolo ſed errore fecit,communi intellectui more ſuo inſeruiens:quia verba illa cõ- *Hæc l.male mutilata.*

munem intellectum,qui eſt de impenſis realibũs de ſtruunt,& oſtendunt totam legem loqui de perſonalibus ex perſonali culpa venientibus,& ſic ad cohęredis onus,niſi de eius culpa vel periculo communi conſtat minimè pertinentibus.Attamẽ vltra quadringentos annos nemo omnium qui communem errorem ſequebãtur auſus fuerat textuali literę manus inferre:Grande prę multis alijs quę ſuo loco collegi exemplum non eſſe literam antiquam receptã mutandam,ſed religiosè obſeruandam. † Tertio 7
probatur in tex.ibi,*quod ipſius quoq; cauſſa*,ſcilicet ad uerſarij agentis familię erciſcũdę.Ergo ex narratione facti Scęuola non intelligebat Seium fuiſſe in culpa,nec periclitatum erga fiſcũ. Poterat enim ſolus Titius fuiſſe culpabilis,vel ſolus ſuſpectus, & ſolus ſiue iuſtè ſiue iniuſtè accuſabilis,vt quia ſolus maior.Seius autem minor vel ſolus prędens tempore necis defuncti.Seius autẽ ſemper abſens,& ſic ad Seiũ nõ ſpectabat ſolicitudo vindicandę necis,ſed ad ſolum Titium:l.minoribus.l.ſi ideò.l.cũ fratrem.C.de his quib.vt indig.quo caſu Titius nihil repetit, nec deducit de talibus impenſis.† Quamuis enim factę 8
fuerunt ad defenſionem omnium bonorum cõmunium:tamen non ſunt factę propter ius bonorum, & ſic non ſunt expenſæ reales,ſed perſonales, nec ſunt factę propter culpam communem vel ad proſequendam iuſtam vindictam quę erat onus cõmune:nec ad aliud onus cõmune:ſed propter culpam ſolius Titij,vel propter onus & ſuſpitionem ſolius Titij,& ſic non ſunt communes, nec propter onus aut periculum commune:ſed propter onus & periculum

culum perſonale ſolius Titij:meritò nihil ad Seiũ.
9 † Secus quatenùs etiam propter culpam vel ſuſpitionem perſonarum ipſius Seij,qui etiam maior nec omninò abſens fuerat laboratũ & periclitatũ fuit, ita quod Titius expenſis & laboribus ſuis ſolus defendit cauſſam & diluit obiecta & ſuſpitiones quibus etiam Seius grauari potuiſſet, & portio ſua à fiſco peti:quia tunc etiam ſi ſolus Titius delatus vel accuſatus fuerat,& non Seius,qui in eadem vel forte maiori damnatione exiſtens,cito ſe poſt necem defuncti ſubduxerat,tamen tenetur in ſumptibus contribuere,quatenus ipſius quoque cauſſa defenſa eſt,ſiue quatenus ad ſe quoq; & ſuum periculum hoc negotiũ pertinebat.in quibus ſumptibus nõ ſolùm veniũt pecunię erogatę:ſed etiã labores,ſolicitudines & diſtractio à negotijs proprijs vt in conſi. meo huc ſubiecto n.24.Hęc ſunt clariſsima &æquiſ
10 ſima.† Valdè ergo omnes ad vſq; aberrarũt,qui hãc legem intellexerũt de ſumptibus realibus factis pro iure ipſius totius hæreditatis vel rei cõmunis ab vno ex ſocijs vel conſortibus:quia etiam ſi ſint perſonales videlicet occaſione prætenſi delicti,vel culpę perſonę facti:tamen quatenùs culpa vel periculum cõmune erat,& alter,vel eius portio exonerata fuit, debent eſſe communes per eãdem legem:ergo multomagis impenſæ reales,ideſt,pro iure rei communis factas:vt per omnia alia iura in toto iure cauetur.l.qui aliena.in fin ſuprà de neg.geſt.l.cũ duob. §.quidem.infrà pro ſocio.l.filię.in fin.C.famil.erciſcon.quę debent ſimpliciter,vt loquuntur, & ipſa æquitas ſuggerit.intelligi,nec diſtingui aut reſtrin

gi per hanc.l.ex parte.quę de culpa vel periculo per ſonali loquitur,& tunc demùm non vult cõſortem teneri,quando non erat cauſſa ipſius,ſed ſolius erogantis:tunc autem teneri quando cauſſa erat cõmunis ibi,*quod ipſius quoq; cauſſa*.Ergo quando negat teneri,pręſupponit nullo modo ipſius,ſed ſolius erogantis fuiſſe culpam vel cauſſam & periculũ.† Non 11
obſtat aduerbium ampliùs,quia iura vulgata in l.ſi vno.in prin.locat.l.inſulam.de pręſc.verb.&gl.in l. eas cauſſas.verb.easverò.de cond.& demonſt.Bald. l.iij.in fin.de act.empt.Lud.Roma.conſil.376.col.3. Alex.conſ.22.num.5.lib.j.debet ſecundum materiã ſubiectam accipi.Sed in hac lege ex parte.non agebatur de quãtitate ſumptuum minore vel maiore, quę ſpectat ad arbitros & calculũ executiõis:ſed de articulo *iuris,an hęres* contribuere deberet in illis ſumptibus vel non.In quo dicitur quòd non, niſi quatenus cauſſa illa (quę ex hypotheſi perſonalis erat)communis fuiſſet.Ideò aduerbia illa non ad quantitatem,de qua nõ quęrebatur,ſed ad cauſſam referri debẽt:pro vt & aduerbium ,idcircò,refertur ad cauſſam erogationis.Ideò aduerbium ampliùs, non debet referri ad quantitatem ſed ad numerum perſonarum,videlicet ſi in effectu ſumptus nõ ſint facti pro ſola perſona tunc defendente:ſed etiã ampliùs,id eſt,etiam pro conſorte vel conſortibus,qui in eadem conditione erant,& eodem periculo laboraſſent.Nec eſt nouum ſed frequentiſsimum in iure verba ſecundum materiam ſubiectam inflecti, pręſertim vt cęteris verbis in eadem oratione coniunctis conformentur:vt hic.† Porrò hęc lex & tit. 12
ff.&

ff.& C.de his quibus vt indig.non ſunt contra Euãgelium,vt olim Theologaſtri quidam & hodie quidam indocti cauillantur, vt enim poſt antiquos & catholicos doctores ſcribens precipuè contra Anabaptiſtas docui in tract.commerc.& vſurar.quæſt. 2.nu.87.cum ſeq.& in epitome Gallica,nu.32.cum ſeq.vltio ciuilis non eſt per Euangelium prohibita: ſed relicta in legibus & bonis moribus ciuilibus, quemadmodum reliquę leges ſucceſsionum cõtractuum delictorum iudiciorum.Et intelligo vltionẽ generaliter ſiue criminalem accuſatione,vt ex publicis iudicijs,ſiue ciuilem perſecutionem,vt ex lege aquilia,ſiue etiam de extraiudiciali priuatis à lege ex cauſſa permiſſa:vt C.quando licet vnicuique ſine iudic.ſe vindic.per totum.Iſte enim non ſua temeritate gladium arripit,ſed à lege communi dato
vtitur.c.Ille gladium accipit.23.q.4.† alioquin vl- 13
tio priuata vetita eſt,non ſolũ humanis ſed etiã diuinis legibus.Quinetiã Chriſtus in Euãgelio Math. 5.6.legem declarans docet,eorum quę à lege prohibita ſunt,non ſolũ actus ſed etiam effectus:non ſolùm externa,ſed etiam interna prohibita eſſe. Sed vt Euangelium non abolet bonas leges:ita nec earũ vſum manent.ergo etiam inter Chriſtianos & in foro conſcientię leges noſtrę de publicis& priuatis iudicijs & pœnis & ff.& C.de his quibus vt indignis. Et quòd l.portiones.ff.eo.tit.ait,omnes hęredes vel eos qui loco hęredis ſunt,officiosè agere circa defuncti vindictam conuenit.Et quot l.j.C.eod.id vocat debitum pietatis officium,& in ſimili laudabilis fi-
14 dei exemplum in l.j.C.de precib.imp.offer.† Et in-

telligitur de iniustè cęso pręsertim per insidias: vt etiam sanctę leges nostrę loquuntur & intelligunt. Et generaliter quod leges nolunt lucrum pecuniariũ honestęvindictę pręferri.l.miles.§.socer.de adulter.l.reprehendenda.C.de institut.& substitut.Nec est laudanda sed vituperanda siue charitas siue misericordia,quę fit in pręiudicium alienum vel boni publici:Inst.de lege Aquil.in fin.& si fiat contra officium susceptum,dolo proxima est.l.si hominem. in princ.ff.depositi.Et iniustam misericordiam vocat beatus Ambros.lib.j. officiorum, & latè beatus Augustinus contra Manichæos,Donatistas & alios hæreticos sui temporis:vt 23.q.4.c.nimium.cum multis seq. Vnde meritò apud Heluetios depositus fuit superstitiosulus quidam & indoctus parochus, qui latronem ad furcas iubente magistratu socios criminum nominare audebat scrupulo conscientię in iecto prohibere.† Cęterùm quamuis hęc l.ex parte. 15
loquatur propriè in reo contra fiscum de suo defendente ibi,*patientes*.Tamen idem in agente data eadem ratione,vt si ex quauis seipsum cõueniẽte causa agat vel defendat:vt si vnus hęredum vendicat à possessore fundum hęreditarium, reus fortè instrumẽtis repertis de re aliena conuictus,prescriptione temporis nondum completa vti non valens, negat actorem esse hęredem,tanquam incapacẽ,vel propter testamentum in articulo istius nullum,vel reuocatum,vel eius renunciationem, actor vincit & fundum auocat. (vt vnus hęredum alijs absentibus potest)postea cohęres absens reuersus vult partem fundi,nec partem sumptuum vult agnoscere. Decisio est

sio est in hac l.non teneri sumptus agnoscere: sunt enim facti super caussa& controuersia non communi,sed ius proprium & personam victoris tantũ concernente:& sic non sunt communes,nec in rem cõ-
16 munem facti.† Et hoc nisi quatenus constaret etiã testamentum commune (non Codicillos hunc tantùm concernentes)reuocatum fuisse in dubium,ita quòd etiam institutio absentis poterat saltem quali quali pręiudicio periclitari:vt not.in l.à sententia. de appellat.tunc enim hoc respectu sumptus sunt communes,& pro parte hęreditaria,vel rei defensæ agnosci debent:vt in fin.huius l.Idem si ab vno hęredum vendicabatur fundus hęreditarius,&reus negabatur hęres ex caussa illum solũ & nõ coheres cõcernente:si eum absolutus sit, rem suam propriam & negotium suum tantũ egit,& nihil ab alijs repetit:secus quatenus vtiliter totam caussam communẽ vel articulum vnum cõmunem defendit.Hactenus
17 enim debet esse commune indistinctè.† Glo.& doctor. tam in iure pontificio,vt in c.cũ pro caussa.gl. vlti.in princ.de procura.quàm in iure ciuili,vt in l. Inter caussas.§.non omnia.verb.mandato.in princ. ff.mandati,inducunt parum pertinenter hanc legẽ ad probandum detractionem impensarũ quas procurator vel negotiorum gestor feciisset domui suę vel alias quamuis non spectet ad hãc legem:tamen hoc quidem in se verum est, hęc enim nihil habet commune cum mercede vel salario,de quo hîc nõ queritur:sed de sola reputatione impensarũ:hactenus enim nõ sunt factę in re domini.Sed quatenus sunt facti in re domini debent in totum:vel quate-

nùs in cõmuni pro parte ſocij reputari,etiam ſi pro parte ſua tantũ,fuiſſet tantundẽ impenſurus.Aliud enim eſt impendere in re ſua tantũ,aliud in re aliena tantùm,aliud in re vel articulo communi.Et vt ſocius in re communi laborans non debet lucrari ſuper ſocium ſuum :ita nec alter ſocius qui non laborat,imò potiùs iſte deberet minus lucrari ſuper altero.† Vt ergo qui laborat in re communi nõ po 18
teſt ſumptum reijcere in quieſcentem,etiam ſi aliâs quieſcens tantũdem fuiſſet pro ſola parte ſua impẽſurus:ita quieſcens nõ põt laboranti obijcere quod tantundẽ fuiſſet pro ſola parte ſua expenſurus. Sed illud dictum gloſſarum loquitur de gerẽte prorſus alienum,& impendente in prorſus alienum,quãuis interim minus ob id impẽdat domui ſuę,vel ſimul impendat in negotium ſuum, quod nullo modo commune eſt cum negotio domini.Et ſic tantũ ſpectat ad diminutionem impenſæ factę in rem prorſus alienam:non pertinet nec propriè probatur in hac lege quę loquitur,non de gerente vel impendẽte in merè alienũ,ſed de gerente & erogante in ſuũ tantùm,vel in rem cum alio communem. † Ecce 19
omnia dilucidè in theoria & praxi explicata, & hãc legem ſuę luci æquitati,praxi & integritati cõtra vetuſtum errorem& recentem truncationem reſtitutã.Nũc plenioris doctrinę gratia ſubijciam cõſilium nuper in hac materia à me redditũ detracta
Thema prolixitate thematis:cuius ſumma talis erat.Quidã doctor & inſignis aduocatus in ampliſsima Imperiali curia Spirenſi communem hęreditatem cum quodam mercatore Germano habebat,in eadẽ curia

ria controuerſiam,quam ſuis ſolicitudine,conſilijs & ferè minimis ſolus nomine communi agebat:cõſorte in mercibus proprijs tantũ negotiante,nec ſolùm negligente partem ſumptuum in dicta cauſſa ſuppetere,ſed iactante ſe non refuſurum etiam impenſas erogatas & erogandas per hanc legẽ.ex parte.eo quòd aduocatus ille pro ſua ſola parte perſequenda tantundem eſſet impenſurus:& multominus ſe recompenſaturum ſolicitudinem negotiorũ diſtractionem & conſultationes etiam ſcripturas iuridicas & forẽſes,quas aduocatus ille in cauſſa cõmuni faciebat:idq; per doctrinam Bart.in l.ſtipulatus es opus.de.fideiuſ.ad cuius conſultationem prę-
cipuè ſuper conſilio & ſcripturis forenſibus,de qui-
20 bus magis dubitabat reſpondi vt ſequitur.† Chriſti vnici redemptoris nomine inuocato.Aliud eſt con ſilium volatile de quo glo.& docto.quod non obligat.Glo.Alber.& alij in l.à principe.de poſtul.Bar. l.j.de pręuaric.Paris de Puteo in tract.ſindycat.tit. de exceſsib.aduocat.in fin.Alcia. in l.pręuaricatores.de verb.ſignifi.Alia ſpecies conſilij quod in ſpeciem officij obſequialis cadit.Primæ ſpeciei oppo- *Officio-*
nitur cõſilium ſerium quod obligat etiam ſi ſit mo- *ſum.*
mẽtaneum & facile.Secundò verò ſpeciei opponi- *Laborio-*
tur conſilium laborioſum,ſiue magis in ſpeciem ar- *ſum.*
tificij vel operę,quàm in ſpeciem nudi officij vel obſequij cadens,ſiue detineat operas & auocationem perſonę ab alijs ſuis negotijs,de quo nõ eſſet dubiũ: ſiue non multũ auocet ab alijs negotijs propter inſignem induſtriam & eminentem ſcientiam aduocati vel Doctoris,quę non debent ad menſuram vel

c. vnum volatile.

opera

operæ aliorum reduci,ſeu limitari:vt de hocvlt.Ioann.Andreę in additio.Spec.tit.de Aduocat.Vt autem non loquar de volatili.† Quantum ad ſpeciem 21
conſilij,quod magis ad formam officij vel obſequialis operę vergit,quamuis etiam non promiſſum ſalarium exigere poſsit ab extraneo:tamen ab eo cui obſequium vel officium debetur,vt à conſorte vel cohęrede,à parentibus vel coniunctis perſonis,aut quibus mutuo officio deuinctus eſt,non poteſt exigi niſi ex pacto,quod quandoq; inciuile eſſet,adeo vt quamuis pater à filio aduocato in remunerationem conſilij dare poſsit,vt ſit donatio aduētitia nō ſubiect:a collationi,verum eſt quatenus non precedunt cōnſilia non modò ſeria,ſed quę perſonā auocant,vel laborem exigunt & quatenus donatio nō excedit probabilem & conſuetam compēſationem huiuſmodi labores & induſtriæ: † Secus quatenus 22
donatio fieret propter nuda,& momentanea conſilia,quę magis ſpectant ad obſequia,quę filius debet patri.ff.de obſequijs parent.&patro.per tot.& l.ſi nō ſortem.§.libertus.& ibi gloſſ.Bart.& omnes de condict.indeb.quia hoc reſpectu donatio non eſſet in parente remuneratoria,ſed liberalis & conferenda etiam ſi merita narrarentur in genere.Oldr.q.5.ſic etiam in profectitiorum adminiſtratione habetur ratio operarum & induſtrię filijfa.quę tamen in obſequium non cadit iuxt.not.Bart.Bald.in l.cū oportet.in princ.C.de bonis quę liber.&tetigi,in annot. ad Philip.Decium in l.illud.nu.10.C.de collat.† Sic 23
in propoſito dico,quòd ſalarium in hac communi & hæreditaria cauſſa debetur etiam nō promiſſum,

ſed

ſed nō debet in totum ita taxari ſicut inter extraneos:ſed debet deduci pars conſilij quę ſpectat ad officium & obſequium conſortibus & cohęredibus debitum in re communi.Reliquum autem æſtimari & pro parte cohęredum rependi.Non ignoro Barto.in l.ſtipulatus es opus.de fideiuſ.diſtinguere in q.ſimili:vt tamquàm intereſſe (hoc eſt ad limites damni quod incurrit:quia impeditus non potuit lucrari ab alijs) peti poſsit:non autem tamquàm proprium ſalarium,hoc eſt ratione proprię induſtrię ſiue alio aduentitio damno extrinſeco,per l.vlt.C.de fruct.& litium expenſ.que non probat & Bartholū in d.l.ſtipulatus es opus.Paulus Caſtrenſ.& quidam *Contra*
24 alij ſequuntur.† Sed ea diſtinctio non eſt vera imò *Bart.*
dico induſtriæ & conſilij (quod non cadit in ſpeciem ſimplicis obſequij eius cui obſequium debetur) rationem habendam.Ita etiam ſentit Bald.in d.l.vlt.in fi.dicens,quòd cui debentur ſumptus litis, debetur hoc ſuum proprium ſalarium. Sed cohæres cohęredi refundere debet partem ſumptuum litis.l.ex parte.famil.erciſc. Ergo & huiuſmodi ſalarium pro rata:cadit enim in ſumptus litis pro quibus non ſolū exceptio & ius retentionis, ſed etiam actio datur.d.l.ex parte.in fi.princi.Et quod in quā titate ſumptuu m taxāda veniat æſtimatio operę & induſtriæ etiam in ruſticis & mechanicis.tenet Ange.Peruſ.in l.ſi à domino.in fin.de petit.hæred.&dixi in conſuet.Pariſien.§.j.gloſſ.5.nu.86.Ergo nō minus in doctoribus &aduocatis,quorum longè ſum-
25 ptuoſior & precioſior eſt opera &induſtria.† Verū
eſt,quòd d.l.ex parte.ſecundum Bart.& omnes ad-

uſque videtur hoc limitare, quatenus pro cauſſa propria erat tantundem expenſurus: vt nõ poſsit retineri nec repeti, niſi quatenus ratione officij oportuit plus expendere, vel (vt in propoſito) plus conſilij & induſtrię adhibere. Sed iſte intellectus eſt directo contrarius & repugnans tex. rotũdo in l. qui aliena. §. vlt. de neg. geſt. vbi etiam actio datur vni ſociorum vel etiam ſine ſocietate vni conſortiũ pro ſumptibus neceſſarijs & probabilibus in revel lite etiam ſine ſocietate communi factis: nec reſtringitur ad illud demũ quod oportuit plus expẽdere propter cõſortes, & quod non erat aliâs pro ſe expenſurus. Satis eſſt enim quod in revel occaſione rei communis. l. cum duobus §. quidam ſagariam. pro ſoc. Quis autem dubitat cõſilium excedens rationem obſequij cadere in rationem ſumptus probabilis? † Sed Bart. 26
& alij malè intelligunt d. l. ex parte. cuius tamen ſolutio ex eodem textu, imò ex ipſa hypotheſi legis colligitur ibi, *ob inultam mortem*. quę verba Gregor. Haloander malè detraxit, vt more literatorum, qui iura deguſtarunt, parũ fœlix fuit in iure interpretãdo, & audacia cognitionis bonarum literarũ infœlicior fuit in communi & recepta litera malè variãda & corrigenda, vt ſępè docui, cuius luculentũ exẽplum hîc dedit. Ea enim verba quę ſunt pars principalis thematis, ſuper quo conſulebatur Scęuola, iuſtè mouerunt eum, vt præter communes regulas, de quibus in d. §. vlt. & in §. quidam. propter ſingularẽ circunſtantiam hypotheſeos, ſingularem reſtrictionem adijceret ſuo reſponſo ibi, *ſi idcircò amplius &c.*
† Non enim erat expreſſum ſi ille hæres reus cõſul 27
tor

tor, ob culpam ſuam propriam tantùm, an verò ob culpam vtriuſque à fiſco impetitus eſſet, an ipſe ſolus impeti potuerat: quia ſolus prẹſens maior & ſciẽs & non alij qui erant minores abſentes vel ignorantes. l. minoribus. l. ſi ideò. l. cũ fraterni. C. de his quib. vt indig. l. hęredem qui ſciens. ff. eo. anverò dubium eſſet an reliqui hæredes eſſent tales, anverò certum:
28 aut probari poſſet omnes fuiſſe in pari cauſſa. † Propterea Scæuola qui (more ſuo) nõ interrogabat cõ *Mos Scæ*
ſultores de circunſtantijs non expreſsis, ſed abruptè *uolæ.*
& concisè ad propoſita duntaxat reſpondebat, quã doque expreſsim ſe limitando ſecũdum ea quę proponebantur, vt dixi in conſuet. Pariſ. §. 5. gloſſ. ij. nu. 5. paſsim in iure: vt quandoque cõditionaliter reſpõdendo, ſi ſuſpicabatur ampliùs eſſe in facto, vt hîc. Ideò prudenter & ſcitè excepit, ſi quid cõſultor nõ propter communem, ſed propter propriam ipſius culpã in non vlciſcendo erogauit. Et ita cenſeo ego Carolus Molinæus Francię & Germanię Iureconſultus. In quorum fidem propria manu ſubſcripſi & gentilitiam σφραγιδα impreſsi. Datum montbelicardi Nonis Decemb. Anno vi ginei partus 1555.

MAGNIFICIS, PRVDENTISSIMIS ET integerrimis Senatoribus & Rectoribus Imperialis & antiquiſsimæ Ciuitatis & liberæ Reip. Veſontinæ CAROLVS MOLINAEVS. I.V.D. antiquus in Senatu Pariſienſi aduocatus Galliæ & Germaniæ Iuriſcõſul.

εὐπροσωπεια

QVVM in rebus humanis (Senatores ampliſsimi) nihil ſit admirabilius, nihil amabilius vera virtute hoc ſibi prę cæteris Iuſtitia merito vendicat, vt pote omnes in ſeſe virtutes cõtinens, loquor autem de legali illa & politica qua vt philoſophorum vertex teſtatur οὐτε φοσφορος οὐτε ἑσπερος οὐ τῶ θαυμασιος, quod factum eſt vt cùm à quinq; nouiſsimis annis multas Ciuitates & Vrbes viderim nullam magis admiratus ſum, nullámq; magis dilexi quàm inclitam veſtram & omnem eloquendi facultatem exuperantem Ciuitatem & rempublicam Veſuntinam. Vt enim antiquitatem eius prętream omnem initij memoriam excedentem: vt magnitudinem quę non à ruſtici Vomeris ſulco: vt cęterę: quin etiam Roma orta & conſtituta eſt, ſed nec ob aliquo artificiali, verum à naturali velut Circino teſte, non ſolùm Caio Iulio Cæſare in libro primo de bello Gallico: ſed etiam ipſa rerũ natura & permanente euidentia: & reliquas ſingulares & pręcellentes dotes

tes dotes, hoc habet peculiariter admirandum & amabiliſsimum: quòd cùm Imperialis Ciuitas ſit, libera eſt reſpublica, cùm Ciues ſui iuris ſint: tamen pulcherrimis & optimo tam Democratię quàm Ariſtocratiæ temperamento ita prudenter conſtituta eſt & regitur, vt in ſumma & perenni tranquilitate immota & quamquam ampliſsima & omnibus legitimis ordinibus eccleſiaſticorum nobiliũ & plebeiorum populoſa magna & externa pace & rerum omnium vbertate paucis admodum Rebuſp. & Ciuitatibus contingit, hæc omnia ſimul aſsequi, & tãdiu tot ſeculis in integro ſuo ſtatu perenniter durare: ſed hoc veri rerum æſtimatores mirari deſinent, cùm ſcierint aut experti fuerint apud vos id (quod etiam publicè dixi) verum eſſe ſanctitas, pietas, fides, publica bona ſunt: & verè inquam publica, nõ vt in tragedia tyranni priuata, quę tamen nõ de Imperio generali nec de ampliſsimo iuſto regno, ſed de regulis quibuſdam, vt quorum ſunt tragedię illę loquitur, hac pace ſecuritate tranquilitate liberè veſtræ & politiſsimę Reipubli. nihil honeſtis ſtudijs optabilius & vtilius. Porrò quanti illa faciatis in me honoribus & beneficijs veſtris pręuenientes oſtendiſtis, & abundè expertus ſum, ampliùs experturus, ſi per inclementiam mortis licuiſſet, qua fideliſsima coniunx mea Ludouica Beldona (dũ apud vos ſtudijs ſolitis incumbo) abrepta eſt, caſtiſsima prudẽtiſſima amãtiſsima quę me è longis & iniquis luthera norum carceribus omni alio humano auxilio deſtitutum eripuit: ſed nec repentini caſus acerbitas obſtitit, quominus tres ſaltem ſolẽnes lectiones in am-

pliſsimis Granuellanis ſcholis darem plura facturus, niſi liberorum pupillorum neceſsitas coegiſſet, & Dei verbum ore beati Pauli Apoſtoli pronunciatum, qui ſanorum curam non habet, fidem negaſſe & infideli deteriorem eſſe. Itaque facilè quanquam ægrè exoraui à vobis, vt cum bona gratia veſtra perpetuò manente illis conſulerem, nunquam gratitudinem veſtram nec meam erga vos veſtrāque Ciuitatem & Rempub. obſeruantiam & amorem obliturus vel hac ἀναλύσεως noſtrę in l. qui pro donato. ff. pro donato, arrha publica, que maiora expectat, teſte. Pergite itaq; noſtri memores eſſe, bonóſq; oēs amare & fouere Senatores ampliſsimi, grauiſsimi & æquiiſsimi Deus opt. Maxi. in omnibus conſilijs & factis vobis dexter adſit, voſq; & veſtram liberam Rempublicam perenniter in omni fœlicitate cōſeruet & proſperet. Veſuntij. 5. Idus Ianuarij, Anno virginei partus ſeſquimileſimo quinquageſimo ſexto more Gallico.

MAGNIFICOS,

POTENTES SIMVL AC metuendos viros Ciuitatis Imperialis Veſuntinenſis Senatores, in CAROLI MOLINAEI Pariſienſis iuriſprudentiæ noſtri ſeculi vindicis repurgatoris facilè primi eandem in Ciuitatem aduentum Ferrucius Iuliotus Ciuis Veſuntinus obſequētiſsimus hac prefatiūcula Modeſtè ſalutat.



COMMENDABILIS illa vetuſtas (Magnifici proceres) cum diuerſis & propemodùm innumeris grauium virorum ſententijs vt & neceſſariam ita & vtilem politicem celebrauerit, eam non deſiderandam ſed ſumma ope perquirēdam, amplectandam & zelo zelantis animi obſeruandā inducit: mò magis hortatur, præmonet, & ſuadet ſatagentium mediatrix hominum æquitas. Eam ſiquidem Politicem (quam ciuilē diſciplinam ſeu Reipublicæ moderatricem dicunt) ſi ab hominum rationabilium conſortio adēptam effinxeritis, non homines ſed feras effictas, nō rerum ordinem ſed euerſionem, non quiétem ſed exoſum ac vanū laborem nullo fine terminādum comperietis. Quam autem ſi ſuo ſolio ſedentem iuſticiæ propugnaculis conſeruetis obſeſſam, non homines tantū ſed ſemideos enaſcentes pacifica vegetatione permanſuros, non erumnas ſed indefeſſā quietem, non rixas ſed optatum amorem, non vtilē pauperiem ſed ingenuā ingenuis animis deſideratā libertatē:

& post extraneos anhelitus nomen vestrum immortalitati consecratũ indubiè speretis: quod Romanis rerũ dominis, scopus fuit vnicus. Sed quid ego quasi vagiens infans in cunabulis, hæc aggredi, tanta loqui, seu olfacere enitor? Quæ Carolus ille Molinæus iurium solidissimus instaurator, & professor disertissimus, nudiustertiùs hanc inclitã vestinam Ciuitatem ingressus, vobis coram pro tribunali audientiæ Senatoriarũ caussarum hora solito more sedẽtibus: venusta oratiõe genuina vernacula lingua disseruit? Quẽ cũ orantẽ audiuissẽ clientulorũ meorũ patrocinatione missa facta, vigiles oculos, arrectas aures, memorẽ memoriã nõ tantũ, sed me totũ illi vt illum audirẽ dedidi. Non tamen vt eius elequentiã, grauitatẽ aut sermonis mundiciem referre autumarẽ: sed quo vestri, & Ciuitatis patriæ honoris desideratissimus aliquid posteritati enumerãdum decerpperem. Qui (si rectè meminerim) statim orare exorsus, a summo Deo (vt omnium principe) eloqui cæpit inquiẽs: cæteras inter gratias & benedictiões à supremo Deo hoc in terrestri mundo hominibus concessas, ciuilem institutionem, hoc est politicẽ vnã fuisse præ cæteris & inter πολιτὰς Romanam præcelluisse asseuerauit: eámq; permansisse quãdiu priuatæ vtilitati, publica prælata extitit: magno quidem non sine incremento, quousq; nimis effrenata cupiditate (quam Scipio nasita, Romanorum sui tẽporis prudẽtissimus frustra cohibendã monuit) tandẽ mole sua nutãs bellis ciuilibus corruit. Hec dum perloqueretur Doctus ille Molinæus, hanc politis verbis Ciuitatẽ cõplexus: illã vt verè, ita & honorificè & dexertè ante cæteras antiquitate conspicuas Ciuitates sublimauit Cæsareo testimonio fretus libri sui primi de bello Gallico, in qua quippequi Ciuitate pluribus in locis insignia spectacula, vetustissima ædi

ædificia, statuæ mira arte effictæ emineant. Quorum vestigia non omninò diruta adhuc hodiernis tẽporibus hanc ipsam Ciuitatem Romæ non dissimilem cõprobãt. Sed multomagis quòd antiquissimæ libertatis Imperialis re ipsa titulũ ac nomen hucusq; retinuerit. Quamquidem Ciuitatem idcircò accedere velut Azillum tutissimum, ac in ea permanere viri graues, moribus, doctrina, & prudentia conspicui vndique alliciuntur non tantũ, sed inducuntur & trahuntur. In qua sincero congressu sanctitatem, pietatem, & fidem (quæ verè publica bona sunt) circonspiciũt. Reipublicæ siquidem interest fidem, iustitiam (quæ sancta est) & pietatem asseruare. Eáq; omnia classicorum authorum varijs censuris, & dogmatibus non minus eruditè quàm prudenter bonus ille Molinæus illustrauit & cõprobauit. Quæ si memoriæ tenerem, & suo valerem ordine cõminisci, cum Marone illo cauendum esset. Ante diem clauso componeret vesper olympo. Sed nec vnũ quod primum, ita & cõmendabile omittendum putaui, eundem scilicet Molinæum spontaneo motu ac vultu prumptissimo se vobis, & Ciuitati quãdiu victurus esset addictissimũ & amplissimũ declarauisse: imò (quod est obuijs vlnis acceptandum & amplectandũ) quintæ suæ lectionis librum in academia Dolana, dũ iura profiteretur collectũ propediem typis excudẽdũ, Nomini vestro, totiq; Ciuitati ascribendũ ac dicãdũ liberaliter enunciauit. Quo vobis, & Ciuitati cõuenientius, vel cõmendabilius aliquid aliud nihil afferri potuit, vt posteris immortales relinquamini. Viri enimuerò tãti, virtutibus & doctrina immortalis ascriptione eius operis Eulogiũ immunitatis cãdidæ famæ vbique dilatandum vobis cõparatũ foret: vos inquã forsan hastenùs alioqui diuersis in locis ignotos inanditos propa-

laturũ. Hoc igitur tanto pro munere (proceres Senatorio ordine venerabiles) hãc ita cõmẽdatam politicem pro viribus confouentes & obseruantes, viro doctißimo Molinæo, nõ quãtas debemus, sed quantas possumus referamus gratias: illum colamus, amemus & quãdiu nos inter se victurum dederit, ingenuis excipiamus obsequijs: vt ciuitatem hãc verè ciuium vnitatem dicant. Et ciuiles nos ciues vbi ad suos remeant, fideli testimonio profiteantur.

In ipsius CAROLI MOLINAEI Vesuntin. ingressum eiusdem Ferrucij Iulioti Vesuntini AElegica concitatio.

Martia *signifero se iactat* **Roma** *Camillo,*
Qui **u***alida* **r***etulit* **s***igna* **r***edempta* **m***anu.*
Hectorem *memorat* **r***obur* **N***eptunia* **T***roia:*
Quo fuit expulso **s***æpiùs* **h***oste* **p***otens.*
Gratia *Magnanimum* **u***ictrix* **c***ommendant* **A***chillem:*
Exitum per quem **T***roia* **p***erempta* **t***ulit.*
Exuuias *horum sed nobis longa* **u***etu***s***tas,*
Quas modò facta **u***estris talibus orba refert?*
Nil *nisi* **m***œrentem* **c***ompuncto* **c***orde* **d***olorem:*
Ergo **i***uuat tantos quid* **m***emorare* **u***iros?*
Carolus *est* **u***erum* **M***olineus* **i***ure* **t***riumphum:*
*Viuus in immen***s***um* **s***æpè* **f***erendus* **o***uans.*
Francigenæ *primum* **c***elebrant hunc, gloria cuius*
Nunc ad **i***nauditas* **c***urs***i***tat us***q**; **u***ias.*
Iure *quidem meritò, cùm* **i***uris* **l***umina* **l***æ***s***i*
Hic **t***enebro***s***a* **n***ouo* **l***umine* **c***lara* **f***acit.*
O *fœlix dextro nunc es* **V***e***s***untio* **M***arte.*
Te **M***olinæus adit, hunc* **r***etinere* **s***tude.*
Hunc *tamen* **s***i longos non* **s***eries* **s***ola per annos*
In modico **r***eferet tempore* **m***ulta tibi.*

Nihil in precipiti
F. Iuliotus.

QVINTA LECTIO DOLANA EIVSDEM

D. CAROLI MOLINAEI, ab iniustis & barbaricis carceribus Dei gratia, & fidelissimæ vxoris ministerio liberati, in quibus odio iustitiæ & veritatis & Dolanæ professionis & zeli eiusdem MOLINAEI, in bonum publicum & honesta studia Montbeligardi proditoriè detrusus fuerat: & cõtra appellationem suam ad Imperialem maiestatem induriorem Blactmontij carcerem translatus, spoliatus, & omni commercio mensib. quinque priuatus: habita verò tempore generalis consessus omnium Burgundiæ comitatus ordinum in frequentissimo totius Academiæ, & amplissimorum summæ curiæ Senatorum, & reliquorum ordinum cœtu, die 12. Iunij 1556.

IN QVA

L. Qui pro donato. ff pro donato, nouo & syncero intellectu explicata est, & multarum quæstionum inde dependentium tam in theoria, quàm in praxi quotidiana, analytica decisio.

EPITOMЄ.

2 *Vetus omnium intellectus.*

3 *Refellitur, 4. 5 6. 7.*

8 *Verus intellectus, quòd manumissio tollit possessionem do-*

minij ſerui, & hactenùs abrumpit vſucapionem: ſed non tollit quò ad ius patronatus & libertinitatem, in quibus vſucapio continuatur. 9. 10. 13.

11 *Seruus manumiſſus à non domino vtitur acceßione temporis autoris vt emptor. 16. 20.*

12 *Libertus in rebus & iuribus patroni computatur. 13. 15.*

14 *Ratio l. Ampliat & reſtringit l.*

17 *Declaratio l. ij. C. de long. tẽp. præſcrip. quæ pro libertat.*

18 *Res dedicata, debitor liberatus, acceßione vtuntur. 21.*

LECTIO V.

HÆC LEX videtur nihili: & ſi alicuius momenti fuerit, hodie imò ante multa ſecula prorſus exoleuiſſe: vt niſi antiquis ſcriptis meis, veſtráque etiam recenti experientia & auditu ingenium meum noſceretis: rideri vos aut contemni arbitraremini, qui tam humilem & nihili legem coram veſtris dignitatibus in tam auguſto & venerando cœtu, tempore etiam comitiorum generalium omniũ ordinum & ſtatuum ſupremi huius comitatus proponerem. Verùm cùm in multis inſignibus legibus ingenium oſtendero, par erat in his quę vulgò nihili habentur idem præſtare. Grauiora rectè in parato non deſunt: ſed quod ſeſquihora explicari nequeunt, hanc breuiorem legem delegi: ne in publica commoda peccarem diutiùs vos detinendo in maioribus & neceſſarijs huius reipublicę & ſummi principatus curis occupatos. Prauus omniũ aduſque intellectus fecit, vt hęc lex vtiliſsima quidem rectè intellecta nõ ſolùm plus ſexcentis annis inutilis eſſet: ſed etiam rectum iudicium diffinitionibus aſsiduè inſideretur. † Omnes aduſque caſum ſic ponunt & intelligunt. Seruus à non domino (bona fide tamen, nec furtiuus & inuſucapibilis) donatus eſt Titio, qui hoc titulo cœpit poſsidere & vſucapere: ſed ante finem triennij eundem ſeruum manumiſit. certum eſt manumiſsionem nullam, quia non po-

2

test fieri nisi à domino,& nondum dominium nactus fuerat. Quęsitū fuit an Titius vsucapere desierit? Deciditur ꝙ sic,quod glossa hîc& omnes doctores hîc & vbique intelligunt : vt etiam triennio à dicta donatione paulò post lapso, manumissus non fiat liber, etiam si per dictam manumisionem fuerit constitutus in quasi possessione libertatis bona fide: ita vt antiquus dominus non solùm post illud triennium , sed etiam post nouendecim annos posit illum vendicare in seruum, ni si fortè per totos viginti annos pacificè & bona fide sine interpellatione manserit in ea quasi possessione libertatis: iuxta l.secundā C.de long.tempo.prę script.quę pro libertat . quam ita intelligunt & communiter ampliant etiam in casu huius l.qui pro donato . quamuis ille manumissus non solùm bonam fidem & possessionem pacificam, sed etiam iustum titulum magnis fortè meritis acquisitum habuerit . & fundantur omnes in hoc, quòd textus ait, vsucapionem interruptam, & rationem interruptionis addit, propter missam possessionem. vnde colligunt interruptionem esse naturalem, & in omnibus & quoad omnes prorsus & retro nocere: iuxta notat. in l. naturaliter.suprà de vsucapion.talis est & fuit intellectus omnium.† Hîc primùm rogo vos perpendite an hoc æquum sit? nûm iniquum & prę posterum? non enim sufficit leges in superficie seu in abstracto quadrare & æquas videri , sed (vt perpetuò doceo) æquitas examinanda est pe- 3

nes

nes vsum in effectu practico, in concreto, vt ita loquar. Veniamus in rem præsentem praxis & experientiæ realis. Sequitur enim ex huiusmodi intellectu malè agi cum benemerito, contra benè cum malemerito , & purè manumissum deterioris fore conditionis, quàm si propter demerita sua venditus vel legatus esset cum onere, ne infrà biennium vel triennium manumitti posset, quod seruandum est.lege seruus hac lege.suprà de manumisionibus, lege contra voluntatem. C. de testamentaria manumisione,l.secunda.C.qui non possunt ad libertatem peruenir. Hîc enim quia manumisione dilata vsucapio completur,fiet liber,& nunquàm ab vllo hominum de statu suo inquietari poterit: ille verò benemeritus beneficio meritę libertatis priuabitur etiam si penultima die dicti triennij finiente manumissus fuerit, ita vt per viginti sequentes annos posit à veteri domino vinci & abduci. Minus ergo fauebitur libertati,quàm extraneo emptori, qui die penultima triennij emendo, mox completa vsucapione dominus incommutabilis serui factus fuisset, manumisio verò nulla funditus . † Nec hoc solùm sed etiam 4
spes libertatis pręcisa & amissa : quoniam manumissor vtpote amissa possessione, & sic vsucapione perperuò interrupta, nunquàm posset fieri dominus: & consequenter nunquàm posset etiam si maximè vellet, siue statim siue post completum triennium siue aliâs quandocunque manumittere. Pariter qui testamẽto directam libertatem meruit, non

fiet liber, nec poterit manumitti, aut alio quouis modo ab hærede ad libertatem perduci, etiam si paulò post obitum testatoris triennium fuerit completum: quoniam aditio hæredis trahitur retrò, & sic directò liber esse iussus inuenitur manumissus à non domino, & tamen possessio à possessore amissa, vt sic liber fieri non possit: tamen statuliber vel prohibitus manumitti vsque ad tempus plenam libertatem & ciuitatem Romanam consequetur: quia tardiùs ad eam vocatus fuit. Quis non videat hæc esse absurda & iniqua, melioris conditionis esse malè quàm benè meritum? & eum cui magis quàm cui minus consulebatur, beneficium anticipale manumissionis verti in exclusionem libertatis, plus faueri extraneo emptori, qui vtitur accessione authoris, lege secunda. §. accessione venditoris. lege secunda. §. penultimo pro empt. quàm libertati, quę non vtitur. secundum gloss. secundã & omnes in hac lege & vbique: contra quam regula iuris ait, libertas omnibus rebus fauorabilior est. ff. de regulis iur. vt etiam eius fauore multa contra regulas iuris communis introducta sint. Instit. de donation. in fin. & in regulis iuris communis non vteretur, sed vili rei patrimoniali postponeretur. † Dicetis quid ad nos de his quę exoleuerunt? quamquã hoc sit fugere & non soluere, sed frustra: adest enim in portis eadem iniquitas & absurditas, & trahitur ad ea quę sunt in frequenti & forensi vsu: sequitur enim eodem errore, si præscribens fundum penultimo die decennij dedicauerit, quod antiquus domi- 5

nus

nus semper saltem vsque ad alios triginta vel quadraginta annos vendicare poterit, vbi si prescribẽs vendidisset vel donasset profano, vna die prescriptum fuisset: locus enim vel dominus profanus accessione vsus fuisset, sed non sacer: quia dedicando nihil actum est, & tamen dedicans possidere desijt, nec alius possidere cœpit: quia res facta est nullius, extra omne commercium hominum. l. j. l. intãtum. §. sacrę. ff. de rer. diuisi. & sic prescriptio interrupta, idq; naturaliter, & deterioris conditionis locus erit sacer quam scenicus & prophanus. Quod si quis dicat hunc casum esse rarum, quamquam non ita sit, dabo frequentiùs & ad multa protritum exemplũ.

6 † Quidam pro mille ducentis constituit centum annui & perpetui reditus. Creditore mortuo putatiuus hęres & possessor alienę hęreditatis cesit ius reditus Titio, qui hoc titulo contra verum creditorem tam in personali quàm hypothecaria cœpit totum ius reditus vsucapere decennio inter pręsentes: sed paulò ante finem decennij Titius remittit reditum officioso debitori. Nunc si intellectus omnium ad l. qui pro donato. verus sit, sequitur non solùm nihil actum, sed etiam quod vetus creditor poterit vsq; ad alios triginta vel quadraginta annos exigere, & sic debitori nocebit sua officiositas & anticipatio liberalitatis vno fortè die vel vna hora prærogata. Idem si forte soluta à possessore vel quasi bona fide redemerit, & tamen proderit extraneo siue emptori siue donatario, qui vtetur accessione, debitor autem non vtetur: quia putatiuus creditor & quasi

poſſeſſor poſsidere deſijt,& debitor poſsidere contra ſe non cœpit,ſed ea poſſeſsio vel quaſi extincta & ſuppreſſa fuit.l.debitori.C.de pact. l.ſi tibi.quib. modis vſuſ.amitt.l.ſi quis ædes.de ſeruit.vrbanor. prędiorum l.quicquid. ſuprà commu. pręd.& conſequenter omnis pręſcriptio interrupta reſpectu omnium,imò etiam ſpes ſublata nouę pręſcriptionis lõgi temporis,ſed res redacta ad nouem,triginta vel quadraginta annos. † Item quid ſi Titius in 7
teſtamento hunc reditũ legauerit debitori & Caio, & obierit paulò ante finem dicti decennij?Certum eſtCaiumvti acceſsione,debitor autem neutiquam ex communi errore:quia confuſo in eum iure interruptta eſt quaſi poſſeſsio,& ſic pręſcriptio.Igitur vt ſuprrà.Sed cur idem legatum diuerſo iure cenſebitur contra l.eum qui.in fin.de vſuc.tum aut debitor eſt capax huiuſcemodi legati,& debet vti acceſſiõe tam ex perſona teſtatoris,quàm ex perſona hęredis.l.Pomponius. §.ſed & legatario.ſuprà de acquirenda vel amittenda poſſeſsione: aut eſt incapax,& debet portio ſua accreſcere Caio.l.vnic.§.in primo.C de cad.tollen.Sed cõſtat debitorẽ nõ eſſe incapacẽ ſaltẽ quoad fructus & reliqua,imò nec in principali,quia ſua intereſt ſibi cõfundi,&ſic cũ nõ repudiauerit,nihil põt accreſcere caio.Quod aũt legatũ factũ debitori ꝓfit extraneo vero creditori(de quo nũquã cogitauit teſtator)tã eſt abſurdũ,quã cõtra eius intẽtionẽ.Crebra ſunt multa alia abſurditatis exẽpla,q̃ ne vos ſuſpẽſos teneã,& ꝓpter anguſtiã tẽporis prętereo.†Et Analyſim noſtrũ explicãs dico 8
malè

malè aduſq; intellectum, quod prorſus ceſſet & interrupta ſit vſucapio in hac l.qui pro donato. quæ nec hoc dicit:ſed nec (rectè vt decet perpendo) dicere videtur quicquid gloſ.ij.hîc & omnes vbique dicant.Non enim quæſitum fuit â Scęuola an prorſus omnis vſucapio interrupta ſit:ſed an ille manumiſſor vſucapere deſierit:ſcilicet ſibijpſi ſeruum ipſum ad acquirendum plenum dominiũ & proprietatem ſerui prout inceperat & cõtinuabat. Videbatur enim quod non deſineret,ſed eodem modo vt prius continuaret:quia manumittẽdo nihil egit, & quod nullum eſt,nõ pręſtat impedimentum.l.ſi dari ſtipuler.de verb.oblig.c.non pręſtat. & ibi Ioan. Andre.in mercuriali.de reg.iur. in 6.Iaſ.l.ſcire debemus §.j.col.3.de verb.oblig.& hęc pro ratione dubitandi.† Contrarium reſpondet Scæuola per aliam 9
rationem:quia manumittens etiam de facto tantũ, tamẽ poſſeſsionẽ ſerui manumiſsi amiſit:ergo deſinit dominium eius vſucapione quęrere: nec poteſt triennio completo illum vendicare vt ſeruum ſuũ. Hoc tantũ dicit Scæuola,qui nunquàm ſolebat vltra articulum de quo rogabatur,reſpondere:ſed ſuper quæſito puncto duntaxat, & adhuc breuiter & concisè reliqua in alijs legibus relinquendo:vt tetigi in l.ex parte.in fi.ſuprà famil.erciſc.quod etiã ſolenne erat aliorum omnium iuriſcõſultorum,vt eorum reſponſa ad punctum interrogationis reſtringerentur,nec vltra extenderentur.l.Falcinius.§.Celſus autem.quib.ex.cauſ.in poſſ.eatur,ibi,*hæc annotãdum eſt Celſum conſultum non de latitãte,ſed de abſente.* quod etiam generale eſt in alijs reſponſionibus.l.ſi

defensor.§.qui interrogatus.in fi.de interrogato.actio.§.prętereà.Inst.de inutil.stipulat. † Nihil ergo ibi deciditur de confirmatione libertatis & iurispatronatus,quę est alia quęstio,de qua non interrogabatur Scęuola,& ad quam non respondit,quicquid omnes putauerint,vt patet per ipsam literā textualem,cui nihil addendum nec detrahendum ibi,*qui pro donato cæpit vsucapere*. & sic agebatur de acquirēdo dominio & proprietate ipsius serui per vsucapionem.& in text.ibi,*quia nec dominium nactus*,videlicet eo quod nondū completa erat vsucapio.Ergo in text.immediatè sequenti ibi,*quæsitum est an vsucapere desierit*?tota quęstio erat de eadem vsucapione tātùm,videlicet de acquisitione eiusdem dominij & proprietatis serui per vsucapionem. ergo responsio est de eodem quęsito tantū,& non de alio,videlicet quod per tempus posteà lapsum manumissor nō acquisiuit dominium,quia possidere desierat,& sic illa vsucapio interrupta erat.Non obstat quòd manumissio ipso iure nulla fuit.ergo nullū pręstat impedimentum vsucapioni continuandæ:quia per actū ipso iure nullum possessio quę facti est,bene amittitur.l.j.§.si vir vxori.suprà de acq.vel amit.poss.† Cō firmatio verò libertatis & iuris patronatus alia & separata est quęstio à dominio& proprietate serui nō mota in hac l.qui pro donato.in qua non minus verè quā nouè dico,quòd seruus qui per manumissionem nullam bonę fidei possessoris incipit acquirere quasi possessionem libertatis,potest & debet vti accessione temporis sui autoris,quemadmodum emptor serui vteretur ad finem acquirendi in seruitutem

10

11

tem dominium & proprietatē.ergo multò fortius debet esse locus accessioni ad acquirendam libertatem,quę est omnibus rebus fauorabilior. Respectu verò manumittentis dico,quòd manumittendo nō prorsus nec omni respectu desijt possidere: quia vt erat in possessione bonę fidei domini & proprietatis ipsius serui:ita bona fide manumittendo acquisiuit quasi possessionem iurispatronatus possessione dominij mutata in quasi possessionem iurispatronatus quę sunt reliquię prioris dominij.† Vnde seruus manumissus dicitur adhuc suus & in rebus vel iuribus manumissoris respectu iurispatronatus.tex. in l.talem.in fin.de hęred.instit.etiam in implemēto conditionis quę in forma specifica debet impleri.l.Mœuius.de cond.& demonstr.vt probatur d.l. talem.in fi.vbi hęc conditio Stichus si meus erit cū moriar,verificatur in iurepatronatus retento in eodem seruo per testatorem viuum manumisso.Nam vt inquit textus,quamuis seruus eius nō est:attamē rectè libertus est.Quod autem proinde dicatur adhuc suus vel de rebus & iuribus patroni,decidit Baldus in c.quanto.ext.de iudicijs.in ca.significauit.in fi.text.ext.de testib. Bald.Philipp.Cornęus in l.iij. C.de fideicom.Iaſ.l.Stichum qui meus erit.col.5.de leg.j.† Et sic quemadmodum possessor manumittēdo ante completum triennium,quęsiuisset plenum dominium serui lapso residuo triennij:ita pręueniēdo in manumissione statim acquisiuisset verā quasi possessionem iurispatronatus,& completo deinde eodem triennio acquirit verum & solidum ius patronatus quod censetur pars vel reliquię pleni do-

12

13

minij quod ceſſante manumiſsiõe acquiſiuiſſet. Et pari ratione,& in conſequentiam neceſſariam,ſeruus per veri poſſeſſoris manumiſsionem bona fide vtriuſq; factam acquiſiuit,quaſi poſſeſsionem libertatis non ingenuę,ſed libertinæ, tanquàm libertus manumiſſoris,& completo reſiduo dicti triennij acquiſiuit veram & ſolidam libertatem & libertinitatem:factus verò libertus bonę fidei manumiſſoris, quemadmodum idem manumiſſor factus eſt verus & ſolidus patronus,proprietate dicti iuris iuncta in commutabiliter cum quaſi poſſeſsione patronatus iuſtè & iuſto titulo quęſita, & loco pleni dominij aliâs quęrendi ſubrogata,tãquàm pars ſeu reliquię dicti dominij.Sicut ergo ceſſante manumiſsiõe acquiſiuiſſet totum:ita ſecuta manumiſsione acquirit nihilominus partem,quę per eandem manumiſsionem non impeditur,ſed inducitur,continuatur & confirmatur.l.quę de tota.de rei vendic.cumvulgaribus.† Quod etiam probatur ſeu confirmatur 14
per rationẽ deciſiuam huius l.qui pro donato.ſubtiliter expendẽdo.tota enim deciſio fundatur in expreſſa ratiõe poſſeſsionis amiſſæ:ergo quatenus eſt amiſſa,dictum enim ampliatur & reſtringitur ſecũdum rationem etiam tacitam:ergo multomagis ſecundũ limites rationis expreſſæ.l.vlt.§.ſi quis in ius. & ibi Bart.de iuris & fact.ignor.l.cũ pater.§.dulciſsimis.de leg.ij.l.adigere.§.quamuis.de iur.patro.Dominic. de ſancto Geminiano conſi.39.conſi.40.nu. 5.Ergo deciſio huius l.quod vſucapio interrupta ſit, intelligitur & limitatur neceſſariò ſecundum rationem expreſſam in eadem l.oratione & deciſione,vi-

delicet

15 delicet quatenus poſſeſsio amiſſa eſt,† ſed bonę fidei poſſeſſor ſerui,manumittendo non amittit oẽm poſſeſsionem, retinet enim veram & iuſtam quaſi poſſeſsionem iurispatronatus.ergo per eandem l.vt vſucapio manumiſſoris interrumpitur quãtum ad poſſeſsionem,& acquiſitionem dominij & proprietatis ſerui,quę poſſeſsio amiſſa ita vſucapio continuatur quantùm ad quaſi poſſeſsionem iuris patronatus retentam,& ad effectum acquiſitionis veri patronatus retenti,& per dictam manumiſsionem nõ abdicati,ſed potiùs introducti, tãquàm reliquias & partem dominij,& conſequenter eadem vſucapio continuatur & prodeſt manumiſſo ad acquirẽdam veram libertatem,tanquàm liberti manumiſſoris.
16 † In quo procul dubio habet cauſſam, & verum & iuſtum titulum à manumiſſore bonę fidei.Cũ ergo ipſe quoq; cum bona fide ſit in ea quaſi poſſeſsione conſtitutus,poteſt & debet vti acceſsione authoris ſui,idq; etiam principaliter ex capite ſuo,vt patet,ſi manumiſſor ſine hęredibus mortuus eſſet ante finẽ dicti triennij,& ſic nullus eſſet in quaſi poſſeſsione iuris patronatus,ea poſſeſsione extincta,& cũ quaſi poſſeſsione libertatis manumiſsi conſolidata.Ergo multomagis in neceſſariam conſequentiam manumiſſoris ſuperuenientis,vel hęredem relinquentis, cui verum & ſolidum ius patronatus in eũdem manumiſſum nouiſsima die dicti triẽnij quęritur,quæ dies pro completa habetur.l.invſucapione.in prin.
17 de diuerſ.& temp.preſcrip.† Ex quibus habetis vnã magnam&neceſſariam declarationem ad d.l.ij.C. de long.temp.preſc.quę pro libert.vt nunquàm ſit

opus

opus vicennio,quando ſeruus titulum libertatis accipit ab illo qui vſucapiebat,ſed ſufficiat reſiduum temporis inchoatę vſucapionis,etiam ſivna dies vel vna hora tantùm ſupererat.Malè ergo gloſ.& doc. ibi exemplificant in ſeruo manumiſſo,ab eo qui poterat vſucapere.Cæterùm quod aliqui ibi dicunt,requiri &ſufficere decenniũ inter pręſentes à die manumiſsionis,falſum eſt.Aut enim poterat vti acceſſione (vt nouè docuimus) & ſufficit triennium vel reſiduum triennij:aut non poterat vti acceſsione,ſiue quia manumittens erat in mala fide,ſiue eſſet bonæ fidei,ſed ſeruus furtiuus & inuſucapibilis,ſiue quia nemo manumiſit,ſed putabat ſeruus libertatẽ ſibi legatam in teſtamento,& omnibus his caſibus non ſufficiunt decem anni,etiã inter pręſentes,ſed viginti requiruntur ſtando taxationi d.l.ij.quia deeſt titulus idoneus ad vſucapionem & ad acceſsionem.† Ex quibus etiam patet vſus huius l.in praxi 18
& deciſiones æquiſsimæ omnium prædictarum ſuprà nume.5.6.7.& ſimilium quęſtionum.Non ergo interrumpitur præſcriptio per dedicationẽ,ſed conſtituatur ad finem confirmandæ & conſeruandę vſucapionis & iuris patronatus retenti.Idẽ ſi nõ ſit retentum per nuper dicta nu.16.Pariter in debitore reditus perpetui liberato continuatur præſcriptio,& poterit vti acceſsione liberantis ad finem cõfirmandæ ſuę liberationis:facit quod liberatio non eſt minus imò magis fauorabilis quàm ceſsio facta nouo creditori,qui tamen ad excludendum verum creditorem acceſsione ſui cedentis vteretur.ergo& debitor ad excludendum eundem verum creditoditorem

ditorem,ſiue cedens teneatur ei de euictione ſiue non.Nec debet verus creditor eſſe melioris conditionis ſi donatur reditus debitori ipſi quàm ſi donaretur tertio.† Et hęc l.ita declarata non ampliùs rectis conſulentium & iudicantium definitionibus inſinuabitur,vt cõquerebatur Iuſtinianus in ij.conſtitutione.§.ſed cùm ſit neceſſarium.& analyticam noſtram in his & ſimilibus iuris interpretationem comprobat,&neceſſariam eſſe teſtatur iuriſconſul. Pomponius in l.ij.§.poſt originem.ſuprà de origi. iur.Primi enim à veteribus iurecõſultis iuris noſtri authoribus poſt largiſsimam rerum experientiam, aurea ineſſe quæ in manibus erat relicta, & oblatis etiam magnis dignitatibus poſthabitis omnẽ operam & induſtriam publicitùs & diu exploratam in hoc adhibuimus. † Item ſi quis ſimul duos ſeruos ab hęrede putatiuo emit,& in fine triennij moritur facto teſtamento,in quo alterum valdè benemeritum iubet eſſe ſtatim liberum,alterum autẽ minus benemeritum iubet eſſe liberum ſub cõditione, vel poſtquàm duos annos ſeruierit,ſequeretur ſecundũ communem errorem,quòd benemeritus priuaretur libertate & vendicæretur à veteri ſuo domino, niſi ceſſaret per alios viginti annos,ſed malè meritus aſſequeretur libertatem paulopoſt extante conditione,vel poſt biennium:quia completa eſſet vſucapio per hęredem teſtatoris, ſed prorsùs interrupta reſpectu benemeriti&purè manumiſsi.Et quòd duriùs,eſt ſi ſeruus in fine triennij ſeipſum à poſſeſſore vſucapiente redemerit,pretio ab amico vel cognato fortè à filio vel parente dato, deterioris eſſet

conditionis quàm barbarus emptor. Quę omnia ab ſurda per noſtram doctrinã tolluntur. Pariter ſi ſeruus à poſſeſſore exiſtente in conditione vſucapiendi inſtituatur hęres, cenſetur in iure ſeruitutis (illã ſibi cõfundendo) ſuccedere, & vtetur acceſsione pro ſua libertate, nec indigebit alijs. 20. annis, idẽ ſi pro derelicto habeatur à tali poſſeſſore. † Idẽ ſi debitor 21
reditus annui inſtituatur hęres à putatiuo creditore poſsidẽte & pręſcribẽte: quia vtetur acceſsiõe ad finem liberationis, quod eſt valdè notãdum. Quia debitor ipſe vel eius hęres ex propria perſona vel capite ſuo nunquàm poteſt pręſcribere, niſi tempore longiſsimo contra perſonalem, vel quadraginta annũis cõtra hypothecariam adhuc deducto tempore malè fidei vel ſcientię: vt de his reditibus dixi in conſuet. Pariſienſ. §. 67. ſed ex capite putatiui creditoris qui erat in conditione vſucapiendi, ſiue ab eo ceſsionẽ actionũ, de quo dixi in tract. cõmer. & vſur. n. 336. ſiue ſimplicẽ liberationẽ habuerit, ſiue ei ex teſtamẽto vel ab inteſtato ſucceſſerit, põt lõgo tẽpore & perſonali & hypothecarię pręſcribere: prout author vel prędeceſſor ſuus poterat, vel perficere inchoatã pręſcriptionẽ, dũmodò ſit in bona fide putãs illũ fuiſſe verũ creditorẽ, alioquin non poſſet etiã ex eo capite vel alterius perſona, ſiue inchoare, ſiue perficere pręſcriptionẽ, tametſi perfectã vti poſſet. Et hęc omnia procedũt, nõ qñ ſuperuenit iusauthori ex noua cã: vt in l. cũ vir. ſuprà de vſucap. ſed qñ ex veteritit. cõpletur tẽpus vſucap. inchoatę: ſed de iure ſuperueniente authori ex cã prorſus noua, alia quęſt. eſt, propriã diſcuſsionẽ requirẽs de qua ſuo loco dicã.

IN CAROLI MOLINAEI PARISIENSIS VTRIVSQVE CENSURĘ Analytici Vindicis acerrimi primæ lectionis apud inclitã Veſuntionem Eulogium Ferrucij Iulyoti Veſuntinenſ. Elegiacum.

Fulgida cerulei qui voluit ſydera cæli,
Fluctiuagáſq; ſuo littore ſiſtit aquas.
Euolet empireis ſpirando ſedibus vnus:
Vt Molinæa leui flumine cymba natet.
Nunc tumidum Iuris Molinæus Gallicus AEquor:
Carolus immota mente natare parat.
Hactenus indubiè dubitarunt plurima plures,
Ingenio facili quæ Molinæus agit.
Gallia quæ patrios Molinæi condidit ortus:
Ipſius eloquijs ecce renata viget.
Nec patrijs tantùm celebratur Doctus in oris:
Sed volat ignotas notus ad vſq; vias.
Maxima ſe celebrem iactet Veſuntio primam:
Quam decoras dictis ò Molinæe tuis.
Non tua comperiet grauitas grauitate ſecundos,
Obſequioſa tamen Gens tibi noſtra foret.
Hanc modò pro ſolito ſi formes more venuſtis
Dogmatibus, ſaltem dogmate maior eris.
Currite iam greſſu ſitientes iura veloci:
Iurifluas fundet nam Molinæus aquas.

In quondam Magnificentiſsimi domini Domini à Grauella huius aulæ literarię inſtauratoris commendationem.

Atria ſignatis ſtruxerunt vana metallis
Romani, pompis ſed data ſola ſuis.
Non ita doctiſonas finxit Grauella per ædes:
Has populis ſtruxit, non tamen ille ſibi.

Hæc Iulyotus.

Affixa die 7. Ianuarij 1556. valuis aulæ literariæ D. à Grauella Veſuntij.

ERRATA.

Pag. 8. linea 19. hæredit. hæredib. p. 11. lin. 1. ſurdùis, ſurdiùs. pa. 12. lin. 22. tradi, tradit. pag. 16. lin. 3. fatẽter, fatentur. pa. 23. lin. pen. Serto, Sexto. p. 28. li. 11. nonóq;, nouóq;. p. 32. li. 14. qua, quæ. p. 42. li. petijs, nis. p. ea. li. 24. aliquis. aliquid. p. 44. l. 1. uti, uult uti. pag. 45. li. 14. tendit, trahit. li. 25. his, in his. lin. ult. quia, qua. pa. 46. li. 8. &, ut. li. 16. ibi, ibi in d. l. Si Titio aut Seio. de leg. ij. pa. 47. li. 15. portionẽ, portionũ. li. 20. in l. in l. j. p. 48. li. 10. ualidè, ualdè. p. 49. li. 5. cõfiſcatio cauſificatio. li. 15. quorum, hanc. l. 18. dictionem. ditionem. pa. 50. li. j. ex textu, & textus. p. 60. li. 20. inito, initio. p. 62. li. 16. Maximilia. Maximi. p. 64. li. 14. exponandum, exponendum. l. 18. iuri. iure. p. 66. li. 3. neceſſario, neceſſarium. p. 67. li. 10. inuitatus, imitatus. p. 74. li. 9. faciet, faciat. li. ult. uel ſic, uerſic. pa. 86. li. 5. conſtat, conſtet. p. 89. li. 11. accuſatione accuſationem. li. 21. effectus, affectus. p. 93. l. 2. minimis, nummis. p. 99. li. 4. pulcherrimis, pulcherrimo.

Priuilegium.



AVTVM priuilegio Regio D. CAROLO MOLINAEO in ſupremo Pariſiorum Senatu antiquo aduocato, dato & conceſsione per eũdem Molinęum Antonio Vincentio Bibliopolę Lugdunenſi vſque in quadriennium proximè futurum facta, ne infra hoc tempus liceat alij excudere aut vendere.

Lugduni,

Excudebat Hector Penet.

1557. q ij

Tertio Nonas Martij.

KSIĘGARNIA
ANTYKWARIAT
DOM KSIĄŻKI
2400
861615 E

1

2